



ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ ΝΙΚΟΛΑΟΥ
ΤΗΣ ΠΟΡΦΥΡΙΑΔΙ ΣΧΟΛΗΣ,
ΤΩΝ ΚΑΡΛΟΒΑΣΙΩΝ.



635



CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE

BORUSSICAE

CONTINUATA.

LAONICUS CHALCOCONDYLAS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCLXIII.

LAONICI
CHALCOCONDYLAE

ATHENIENSIS

HISTORIARUM LIBRI DECEM

EX RECOGNITIONE

IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXLIII.

IMMANUELIS BEKKERI

P R A E F A T I O.

Laonicus Chalcocondylas ut argumenti peregrini copia et varietate ad legendum allicit, ita lectu ingratus est, emendatu difficilis. cui cum liceret plane et dilucide loqui, eoque uti sermone quo Ducas et Phrantzes usi etiamsi non delectant at intelliguntur, maluit Herodotum aemulari. itaque dum lunonem captat, a nube adeo decipitur ut saepe ne ipse quidem quid dicere velit nosse videatur. quid quod multis in locis, eluctantium verborum parum compos atque iudicio suo diffidens, unam eandemque rem binis ternisque modis non tam effert quam conatur et experitur efferre? talibus locis quid vis facere criticum? quemne scriptor defugerit vocum et locutionum delectum, eum ad suum arbitrium libidinemque instituat? audax facinus nec cuiquam facile placiturum. relinquat igitur, qualia acceperit, congesta eodem non bene iunctarum discordia semina rerum? relinquet sane taediumque feret.

Quod non tulit b. Hamakerus. is enim cum propter insignem, qua exellebat, litterarum Orientalium scientiam maxime omnium annalibus Turcicis edendis et illustrandis idoneus esse videretur, commissum sibi a Niebuhrio Laonicum non invitus

recepit et variis lectionibus suisque coniecturis ac notis instruere coepit, mox propius cognitum simulque desperatum de manibus deposuit neque attigit amplius, donec fastidio suo immortuus hereditatem molestiae mihi transmisit.

Variae autem, quas memoravi, lectiones tum ex codicibus Regiis a Fabroto collatis petitae sunt, tum ex apographo Tubingensi, cui index

Νικολάου Χάλκονδύλου ιστορικόν, ὅθεν τε ἤρξαντο οἱ ἀυθένται τῶν Τούρκων καὶ πράξεις αὐτῶν καὶ ἀνδραγαθήματα ἕως τῶν ἀνδραγαδημάτων τοῦ μεγάλου ἀυθέντου τοῦ Μεχμέτεω.

studiosi iuvenes, docti et boni, mihi M. Martino Crusio, Tubingae utriusque linguae doctori, amicitiae ergo descriptum, mensibus Martio et Aprili, anno 1575.

exemplar ipsum nimis per se fuit mendosum, et nos de industria sumus id imitati.

utrumque genus non exhauriendum mihi putavi, sed delibandum: nam ubi codex aliquis *ταύτη* habeat pro *ταύτη*, ubi *ἐκ τοῦ εἰκότου* legendum proponatur pro *ἐκ τοῦ εἰκότως*, id vero nosse cuius tandem potest interesse?

Subiungit editio Parisiensis et Annales sultanorum Othmanidarum a Leunclavio Latine versos et eiusdem Pandecten historiae Turcicae; quibus facile careas post Hammerianam imperii Osmanici historiam.

Scrib. Berolini d. 25 Oct. a. 1841.

C. A. FABROTUS LECTORI.

Editioni novae Laonici Chalcocondylae multum accessit, candidè lector: non enim clam te est eos qui priorem curarunt vel inemendatis codicibus usos, vel operarum negligentia bene multa menda in eam irrepsisse. hinc lacunae plures, quas ex Regiis codicibus supplevimus; hinc pleraque corrupte edita, quae fidem meliorum codicum secuti quantum potuit emendavimus. varias etiam lectiones e duobus manu scriptis codicibus excerptas in ora exhibemus, quibus interdum quae in priore editione adscriptae erant confirmantur. et utique tamen laudanda eorum opera qui primi Graeca ex veteribus codicibus Palatinis in lucem protulerunt, quae interpret non ediderat. Ioannes Balthasar Baumbachius, Graecae et Hebraeae linguae professor Heidelbergensis, studium et operam suam impenderit ut emendate Laonicus ederetur. sed id librorum fatum esse videtur, ut in vitiosos codices fere incidant qui primi Graecum vel Latinum auctorem publicant. et qui postea meliores nacti sunt codices, feliciores quidem sunt, minime autem ad rem litterariam iuvandam proniores. de nomine vero auctoris non convenit: nam alii Chalcondylem, alii Chalcocondylem appellant. Regia exemplaria Χαλκοκωνδύλην habent tam in libri epigraphae quam p. CLXXXI d, ut quo nomine censi debeat certo definiri non possit propter codicum varietatem. utro autem nomine eum indigitemus, multum laborandum non est.

Praeterea nova quaedam Graecobarbara occurrunt apud Laonicum et Ducam, quem e tenebris eruit eruditissimus vir Ismael Bullialdus. ea nos glossario adhibito explicuimus, non hinc inde auctorum locis emendicatis, sed fere ex libris ha-

*ctenus ineditis prolatis: semper enim curae nobis fuit ut e penu mere nostra depromeremus quod auctori, quem illustrandum suscepimus, inserviret; et certum est, si quando prodierit lexicon Byzantinum, in quo vocabula difficiliora ac Graeco-barbara, quae in omnibus historiae Byzantinae scriptoribus occurrunt, explicabuntur, posse nos accessione nova congeriem illam locupletare. ea de re tamen penes eos, quorum opera lexicon illud in lucem exhibit, per me arbitrium esto. verum quidem est, ex quo historiae Byzantinae editioni praeesse coepi, de lexico Byzantino edendo cogitasse, sed nolo viris doctissimis occasionem hanc de re publica litteraria bene merendi praeripere. glossarium hoc nostrum *) mox sequetur alterum in Constantini Manassis Annales, in quo conscribendo eadem diligentia usus sum qua in caeteris componendis. interim hoc utere, si tanti est, et vale.*

*) Glossarii Fabrotiani pars maior aut Ducam aut chronicon Ducae subiunctum illustrat; quae nunc cum Laonico edi non potuit. Laonici glossae in indice historico reperientur. I. B.

ΛΑΟΝΙΚΟΝ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΑΠΟΔΕΙΞΕΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΔΕΚΑ.

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ *)

ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE

ATHENIENSIS

HISTORIARUM

DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM

LIBER PRIMUS

CONRADO CLAUSERO Tigurino Interprete.

Λαονίξω Ἀθηναίῳ τῶν κατὰ τὸν βίον οἱ ἐς Θέαν τε καὶ ἄκοῆν Par. 1
ἀφιγμένων ἐς ἱστορίαν ξυγγέγραπται τάδε, ὥστε δὴ τοῦτο Ven. 1
χρέως ἐκτινῖναι τῇ φύσει, ἅμα οἰόμενος καὶ μηδὲν αὐτῶν
ἀκλεῶς ἔχειν ἐς τοὺς ἐπιγιγνομένους, ξυνενεχθέντων, ὡς ἐμοὶ
5 δοκεῖ, οὐδαμῇ ἐλασσόνων τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ποτὲ γέ-

*) Λαονίξου Χαλκοξανδύλου ἱστορίαι τῶν Ἀγαρηνῶν βασιλέων
ἠγούσι τῶν Ὀτουμάνων R i. e. codex Regius Paris. 1. ἐς ἐπὶ
Θέαν vel ἐς ἐπιθέαν libri 3. οἰόμενος H (i. e. Hamakerus).

Laonicus Atheniensis, quae visu quaeque auditu percepit, cum ad-
huc in vivis foret, litterarum monumentis mandare statuit, partim
quidem ut naturae gratiam debitam referret, partim vero quod pu-
taret nihil non illorum memorabile visum iri posteris. complectitur

νομένων μνήμης ἀξίων. τῆς τε Ἑλλήνων φημί τελευτῆς τὰ
 ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτῶν ἐπισυμβεβηκότα, καὶ Τούρκων ἐπὶ μέγα
 δυνάμειος καὶ ἐπὶ μέγιστον τῶν πώποτε ἤδη ἀφικομένων.
 ἀφ' ὧν δὴ τὴν τοῦδε τοῦ βίου εὐδαιμονίαν ἐπὶ τάναντία φε-
 P.2 ρομένην ἐπιλεγόμενος ἴσχειν αὐτῇ καὶ ἄλλοτε ἄλλως, θέμις⁵
 ἡγοῦμαι εἶναι περὶ ἀμφοῖν τούτοις μνήμην ποιῆσθαι οὐκ
 ἀεικῆ. ξυγγραφὴν δὲ τήνδε ἀποδεικνύμενοι ἐπιμνησόμεθα
 καὶ περὶ ἄλλων τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην γενομένων, οὐκ
 ἀμφὶ τόνδε τὸν ἐπ' ἐμοῦ χρόνον, οἷς τε αὐτὸς παρεγενόμενος
 θεασάμενος, καὶ τᾶλλα ἀπὸ τε τοῦ εἰκότος, μάλιστα δὲ συμ-10
 βαλλόμενος, καὶ ὡς ἔτι παρὰ τῶν τὰ ἀμείνω φρονούντων
 ἐδόκουν πυθέσθαι περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ἢ ἂν μάλιστα ἔχοι ὡς
 ἀσφαλέστατα ἐπὶ τὸ ἀμεινον ἀληθείας εἰρησθαι. μηδὲ ἐκεῖ-
 νό γε πάνν ἐκφαύλως ἔχον ἡμῖν, ὡς Ἑλληνικῇ φωνῇ ταῦτα
 B διέξιμεν, ἐπεὶ ἦγε τῶν Ἑλλήνων φωνῇ πολλαχῆ ἀνὰ τὴν οἰ-15
 V.2 κουμένην διέσπαρται καὶ συχναῖς ἐγκαταμέμικται. καὶ κλέος
 μὲν αὐτῇ μέγα τὸ παραντίνα, μεῦζον δὲ καὶ ἐσαῦθις, ὅποτε
 δὴ ἀνὰ βασιλείαν οὐ φαύλην Ἑλλην γε αὐτὸς βασιλεὺς καὶ
 ἕξ αὐτοῦ ἐσόμενοι βασιλεῖς, οἱ δὴ καὶ οἱ τῶν Ἑλλήνων πατ-

8. οὐκ delet H 10. εἰκότως P (i. e. editio Parisiensis). quam
 ubi solam appello, cum ceteris libris consentit.

enim hoc opus, ut mea fert opinio, res gestas famā nequaquam mi-
 nores illis quae unquam in universo isto terrarum orbe contigisse
 memorantur. duo autem continet, Graecorum regni interitum, et quae
 mala in ipsum redundarunt, nec non Turcos, qui brevi in tantas cre-
 verunt opes ut opibus et potentia mortales omnes, qui unquam fuere,
 longo intervallo infra se relinquunt. qui quamvis nunc rerum po-
 tiantur et praesentis vitae felicitatem conturbent et in diversum ab-
 rripiant, tamen censeo fore, ut et meum calculum adiciam, tempus,
 quo res ipsorum in contrarium vergant. de utrisque tamen, Graecis
 pariter et Turcis, historiam contexere non arbitror iniucundum fore.
 historiam autem istam conscribentes faciemus mentionem et aliorum
 quae in orbe acciderunt, nec tamen meo tempore, ut quibus inter-
 fuerim oculatus testis. caetera vero, non secutus verisimiles conie-
 cturas, nec ut acceperim ab his qui magis sapere videbantur, tradam:
 verum, ut historiae series tuto feratur, ea adducam quae quam pro-
 xime ad veritatem accesserint. nec nobis vitio vertatur quod Graeca
 lingua operi isti adhibetur, si quidem ea hodie per totum quasi or-
 bem est dispersa, et nationibus omnibus fere immixta conspicitur;
 cuius gloria cum sit excellens, excellentior tamen accedet, quando
 regno alicubi haud contemnendo praefuerit rex Graecus et qui ex
 eo nascentur reges, aut quando Graecorum filii in unum collecti pa-

δες συλλεγόμενοι κατὰ σφῶν αὐτῶν ἔθιμα ὡς ἡδιστα μὲν σφίσι αὐτοῖς, τοῖς δὲ ἄλλοις ὡς κράτιστα πολιτεύοιντο.

Ἕλληνες μὲν οὖν ὅσα ἀποδεικνύμενοι ἔργα μεγάλα τε καὶ περιφανῆ ἐπὶ μέγα ἀφίκοντο κλέος κατὰ τε ἄλλα καὶ 5 Εὐρώπην καὶ δὴ καὶ Λιβύην, ἐπὶ Γάγγην τε καὶ Ὠκεανὸν καὶ ἐπὶ Καύκασον ἔτι ἐλαύνοντες, ἐπὶ ταῦτα δὲ προεληλυθότων ἄλλων τε πολλῶν καὶ δὴ καὶ Ἡρακλέους καὶ ἔτι πρότερον Διονύσου τοῦ Σεμέλης νείεος, καὶ πρὸς γε ἔτι Λακεδαι- C μονίων καὶ Ἀθηναίων, μετὰ δὲ ταῦτα Μακεδόνων τοῦ βασιλέως καὶ τὴν τούτου ὕστερον ἡγεμονίαν ἐχόντων, πολλοὶ 10 πολλαχῆ ἕκαστα, ὡς ἐγένοντο, ἄλλοι ἐπιμνησάμενοι καὶ συγγράψαντο. Ἕλληνες μὲν οὖν ταῦτα διεπράττοντο ἐπὶ πολὺ ὡς μάλιστα τοῦ χρόνου διαγενόμενοι καὶ ἐπὶ συχνὰς γενεὰς τύχην ἀρετῆς ἐνδεᾶ σχόντες ἀπανταχοῦ, ζύμμετρον δὲ οὐδα- 15 μοῦ. ἐπὶ τούτων τε γὰρ πολλαχῆ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην εὐδαιμονούντων, Ἀσσυρίους μὲν τὸ παλαιότατον ἐπυθόμεθα, ἀκοῆς ἐπὶ τὸ μνήμης μακρότατον ἀφικόμενοι, ἐπὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν προεληλυθέναι, μετὰ δὲ ταῦτα Μήδους ἐς τοῦτο καθισταμένους ἡγησαμένου Σαρβάρω τοῦ Σαρδαναπάλου Ἀσ- D 20 συρίων βασιλέως τὴν ἡγεμονίαν ἀφελόμενον, ὕστερον ὑπὸ Περσῶν τὴν βασιλείαν ἀποβαλεῖν ἡγουμένον Κύρον τοῦ Καμβύσεω, καὶ Πέρσας τὸ ἀπὸ τοῦδε ἐπὶ μέγα χωρῆσαι δυνά-

10. καὶ τῶν τὴν?

trio more res publicas sibi quam iucundissime administraverint, reliquis vero quam potentissime imperaverint.

Graeci quidem praeclaris facinoribus editis quo pacto ingentem sibi pepererint gloriam, et quemadmodum inter caetera etiam in Europam Libyamque venerint, Gangen Oceanumque adierint, cum ad ista loca processerint alii plurimi, quos inter Hercules et ante hunc Bacchus Semeles filius, praeterea Lacedemonii et Athenienses, postea Macedonum rex eiusque successores, et quo ordine singula haec gesta sunt, plurimi annalibus condiderunt. Graeci autem praecipue hunc laborem sibi delegerunt, quia prae ceteris tempore longiore durarunt, fortunamque virtute vacuum, nunquam tamen moderatam plurimis generationibus obtinuerunt. his praeterea per totum orbem prospero rerum successu utentibus, comperio Assyrios, gentem antiquissimam, memoriam sui facientes longissimam, Asiae imperium occupasse. dein Medos ad Asiae imperium subvectos, duce Sarbare (quem Iustinus Arbactum et Arbacen vocat) Sardanapalum Assyriorum regem regno deturbantes. sed Asiae monarchiam tandem amiserunt, victi a Cyro Persarum rege. at hinc Persarum reges adeo in immensum aucti sunt ut etiam in Europam traiecerint. deinde haud

μως, τὰ τε ἄλλα καὶ ἐς Εὐρώπην διαβάνας. μετὰ δὲ ταῦτα
 ὕστερον οὐ πολλαῖς γενεαῖς Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, Μα-
 κεδόνων βασιλέα, Πέρσας ἀφελόμενον τὴν ἡγεμονίαν καὶ Ἰν-
 δούς καταστρεψάμενον καὶ Λιβύης μοῦσαν οὐκ ὀλίγην, πρὸς
 δὲ καὶ Εὐρώπης, τοῖς μεθ' ἑαυτὸν τὴν βασιλείαν καταλιπεῖν, 5
 ἐς ὃ δὴ Ῥωμαίους ἐπὶ τὴν τῆς οἰκουμένης μεγίστην ἀρχὴν
 P. 3 ἀφικομένους, ἰσοτάλαντον ἔχοντας τύχην τῆ ἀρετῆ, ἐπιτρέ-
 ψαντας Ῥώμην τῷ μεγίστῳ αὐτῶν ἀρχιερεῖ καὶ διαβάνας ἐς
 Θράκην ὑφηρευόμενον ἐπὶ τὰδε τοῦ βασιλέως, καὶ Θράκης ἐπὶ
 χώραν ἣτις ἐς τὴν Ἀσίαν ἐγγυαίω οἰκεῖται, Βυζάντιον Ἐλ- 10
 ληνίδα πόλιν μητρόπολιν σφῶν ἀποδεικνύντας, πρὸς Πέρσας,
 ὑφ' ὧν ἀνήκεστα ἐπεπόνθεισαν, τὸν ἀγῶνα ποιεῖσθαι, Ἕλλη-
 νὰς τε τὸ ἀπὸ τοῦδε Ῥωμαίοις αὐτοῦ ἐπιμιγνύντας, γλωττιαν
 μὲν καὶ ἦθη διὰ τὸ πολλῶ πλέονας Ῥωμαίων Ἕλληνας αὐτοῦ
 ἐπικρατεῖν διὰ τέλους φυλάξαι, τοῦνομα μέντοι μηκέτι κατὰ 15
 τὸ πάτριον καλουμένους ἀλλάξασθαι, καὶ τοὺς γε βασιλεῖς
 B Βυζαντίου ἐπὶ τῷ σφῶς αὐτοὺς Ῥωμαίων βασιλεῖς τε καὶ
 αὐτοκράτορας σεμνύνεσθαι ἀποκαλεῖν, Ἑλλήνων δὲ βασιλεῖς
 οὐκέτι οὐδαμῆ ἀξιοῦν. τοὺς μέντοι Ῥωμαίους ἐπυθόμεθα
 καὶ αὐτῶν ἀρχιερεῶ τὸν μέγιστον, οὐκ ὀλίγα ἅττα κατὰ τὴν 20
 θρησκείαν ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν διενεχθέντας, διακεκρίσθαι τὰ
 τε ἄλλα ἀφ' Ἑλλήνων, καὶ δὴ καὶ βασιλέα Ῥωμαίων ἐπιψη-
 φιζομένους, ὅτε μὲν ἀπὸ Γαλατῶν ὁ τε δὲ ἀπὸ Γερμανῶν,

1. διαβάντες P: corr II

10. φέκεται P. quae ita solet 14.

διὰ] τὰ P

multis saeculis post Alexander Macedonum rex, erepta Persis Asiae
 monarchia, Indis devictis, Europae Asiaeque parte haud poenitenda
 debellata, suis reliquit imperium. exinde Romani cum essent nacti
 imperium in orbe longe lateque maximum, tenentes fortunam virtuti
 aequilibrem, commiserunt Romam pontifici maximo. ipsi vero ductu
 Caesaris transierunt in Thraciam; et in ea regione ubi Asiae proxima
 est, Byzantium urbem Graecam, (quae nunc Constantinopolis est)
 Thraciae metropolim constituentes, cum Persis, a quibus gravissime
 affligebantur, plurima praelia fecerunt. Graeci autem ex eo tempore
 Romanis commixti, cum his aliquanto plures numero essent, linguam
 suam patriosque mores ad finem usque constanter retinuerunt. nec
 tamen patrium nomen ipsis remansit, verum mutatum est: nam By-
 zantii reges non amplius istud nomen gestaverunt, sed magna cum
 veneratione se ipsi Romanos imperatores et Caesares, nec Graecorum
 reges, nuncupaverunt. Romanos quidem accepimus, et ipsorum pon-
 tificem maximum, cum longo tempore concertassent cum Graecis in
 Christianae religionis, quibusdam articulis, tandem a Graecis defe-

ἐς τόνδε αἰεὶ τὸν χρόνον ἀποδεικνύναι· διαπρεσβεύεσθαι δὲ
 αἰεὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, οὐκ ἔστιν ὅτε διαλείποντας, ὥστε τὰ
 ἐς Θρησκειᾶν σφίσι ξυμφωνά τε καὶ ξυνηδὰ καταστῆσαι ἀλ-
 λήλοις, κατὰ ταῦτὸ ξυνιόντας. καὶ μέντοι Ἕλληνας μὴ ἐθελῆ-
 5 σαι Ῥωμαίοις διὰ χρόνου συμφερομένους τὰ πάτρια σφίσι C
 καθεσιῶτα συγγέαι. καὶ ἀπὸ ταύτης δὴ τῆς διαφορᾶς συ- V. 3
 γνοῖς τε τῶν ἑσπερίων καὶ δὴ καὶ Ἐνετιοῦς, ἐνάγοντος ἐπὶ
 τάδε τοῦ Ῥωμαίων ἀρχιερέως, στόλῳ στρατεύεσθαι μεγάλῳ
 ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἐπιόντας ἐς τὸ Βυζάντιον ἀφικέσθαι
 10 καὶ τὴν πόλιν κατὰ κράτος ἐλεῖν. βασιλέα τε Βυζαντίου καὶ
 Ἑλλήνων τοὺς ἀρίστους οἴχεσθαι διαβάντας ἐς τὴν Ἀσίαν,
 ἀφικομένους δὲ ἀποδεικνύναι σφίσι Νίκαιαν τὴν Ἑλληνίδα
 πόλιν, τὰ βασιλεία ἐν αὐτῇ ποιουμένους. μετὰ δὲ ταῦτα οὐ
 πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον ἀπολαβεῖν τε αἰθῆς Βυζάντιον, κούφα
 15 εἰσεληλυθότας ἐς τὴν πόλιν, καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην αὐτὴν διαβάν- D
 τας διαγενέσθαι ἐν αὐτῇ βασιλεύοντας. βασιλέα δὲ Ἑλλήνων
 μετὰ ταῦτα Ἰωάννην ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἤδη αἰσθόμενον τὰ
 Ἑλλήνων πράγματα, λαβόντα τε τοὺς Βυζαντίου ἀρχιερεῖς
 καὶ Ἑλλήνων τοὺς ἐλλογιμους, διαπλεῦσαι ἀπιόντα ἐς Ἰτα-
 20 λίαν, ἔς γε τὸν ἀπὸ Τούρκων ἐπηροτημένον οἱ κίνδυνον ἐπι-
 κουρίαν οἰόμενος οἴσεσθαι, ἣν ἐκείνοις τὰ κατὰ τὴν Θρησκειᾶν

5. συμφερομένοις P
 μενον?

10. καὶ Βυζαντίου τὴν P

21. οἰό-

cisse. Romanum autem Caesarem nunc e Gallis nunc e Germanis
 eligentes, legatos, nullam prorsus occasionem omittentes, miserunt
 ad Graecos, ut convenientes in unum conciliumque concelebrantes
 concordiam, quantum ad Christianam religionem attinet, inter sese
 conglutinent. at Graeci noluerunt, cum plurimis annis adversus
 Romanos contentiones movissent, patrium religionis suae cultum per-
 turbari. hac dissidii causa permoti Occidentalium plurimi, adiun-
 ctis etiam Venetis, pontifice maximo sic instigante, decreverunt classe
 maxime magna proficisci adversus Graecos. appellentes igitur Byzantium
 urbem vi ceperunt. rex autem Byzantius cum Graecorum opti-
 matibus fugam iniens contulit se in Asiam. quo cum venissent, ele-
 gere Nicaeam urbem Graecam, eamque regni sedem declararunt. cum
 anni intercessissent pauci, Byzantium recuperarunt, cum quam maxi-
 me occulte in eam se recepissent. reversi igitur Byzantium, relicta
 Asia, regni gubernacula diu tenuerunt. tandem Graecorum rex Io-
 annes, intelligens Graecorum res in summo periculo quasi inter mal-
 leum et incudem versari, adsumptis Byzantii episcopis necnon Grae-
 corum doctis, conscendit navem et in Italiam profectus est, existi-
 mans, si convenissent cum Romanis in negotio religionis, se hos au-
 xiliares habiturum ad bellum iam haud dubie a Turcis imminens.

ξυμβῆ. γενόμενον δὲ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ κοινωνησάμενον τῷ Ῥω-
 μαίων ἀρχιερεῖ τὴν περὶ τὴν θρησκείαν διαφορὰν, εἰς διά-
 λεξιν μὲν πρῶτον κατασιτῆναι πολυπραγμονοῦντας, τελευ-
 τῶντα δὲ ξυμβῆναι αὐτῷ ἅμα τοῖς Ἕλλησι τὰ κατὰ τὴν δια-
 P. 4 φορὰν σφίσι ξυμφερότα ἀποδεικνυμένους καὶ τὴν διαφορὰν 5
 σφίσι διαλυομένους, ἐπικουρίας δὲ τυχόντα ἐν μέρει ἀποχο-
 μίξασθαι αὐθις ἐπὶ Βυζαντίου. τοὺς μὲντοι Ἕλληνας ἐπ'
 οἴκου γενομένους μὴ ἐμμεῖναι τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν σινόδοις
 πεπραγμένοις, ἀξιοῦντας σφίσι μηδαμῆ εὐαγὲς εἶναι Ῥωμαί-
 οισ, ὡς δὴ μὴ αἴσια δισχυριζομένοις, συντίθεσθαι τὸ πα- 10
 ράπαν, καὶ οὕτω διάφορα διὰ τέλους γενέσθαι Ἕλλησι τὰ
 πρὸς Ῥωμαίους.

Ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτόν μοι ἀποχρώντως ἔχοντα ἐπίδε-
 δεῖχθω περὶ τε τῆς Ἑλλήνων βασιλείας καὶ τῆς ἐς Ῥωμαίους
 B ἐχούσης αὐτῶν διαφορᾶς, ὡς δὴ οὐκ ὀρθῶς τὰ γε ἐς βασι- 15
 λείαν καὶ ἐς τὸννομα αὐτῷ προσηγορεύετο τοῖτοις. παραγε-
 νόμενος μὲν οὖν αὐτὸς ἔγωγε ἐπὶ τόνδε τὸν βίον κατέλαβον
 Ἑλληνάς τε καὶ Ἑλλήνων βασιλέα ὑπὸ τε τῶν ἐν Θράκῃ γε-
 νῶν πρῶτα, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ὑπ' αὐτῶν γε δὴ τῶν βαρ- 20
 βάρων τῆς ἄλλης ἀρχῆς ἀπεληλαμένους, ἀρχὴν τήνδε βου-
 χεῖάν τινα περιέπειν, Βυζάντιον καὶ Βυζαντίου τὴν κάτω
 παραλίαν ἄχρις Ἡρακλείας πόλεως, κατὰ δὲ Εὐξείνου πόντον

8. σινόδο?

cum autem ad colloquium venisset cum pontifice Romano Eugenio
 tum quarto super religionis controversia, disputatio cum magna alter-
 catione utrinque exorta est. postremo eo res deducta est ut Graeci
 pariter et Romani in religionis negotio consentirent, discordiaque
 omnis quam longissime submoveretur. rex igitur Graecorum auxiliū
 a Romanis aliquantulum nactus domum rediit. Graeci reversi Byzan-
 tium acta edocent eos qui domi manserant; qui quidem noluerunt
 stare his quae acta erant in Italiae synodis, putantes sibi neutiquam
 fas esse, consensum praestare Romanis nefaria asserebantibus. hinc per-
 petuo discordiam fovisse Graecos in negotio religionis adversus Ro-
 manos constat.

Haec quidem hactenus, quantum praesenti historiae conducere
 videtur, de Graecorum regno et continua horum dissensione adver-
 sus Romanos dixisse sufficiat. itaque tum regnum ipsorum tum no-
 men non recte appellatum est. ego igitur cum attigissem haec tem-
 pora, animadverti Graecos horumque regnum primo sub Thracibus exti-
 tisse; postea reliquo regno a barbaris exutos parvum quoddam regnum
 gubernasse, videlicet Byzantinum, Byzantique maritimam regionem
 inferiorem, Heracleam urbem usque, et iuxta Euxinum Pontum ma-
 ritimam regionem superiorem, usque ad urbem Mesembriam, praeter-

τὴν ἄνω παραλίαν ἄχρι Μεσημβρίας πόλεως, Πελοπόννησόν τε αὐτὸν ξύμπλασαν πλὴν ἢ τριῶν ἢ τετάρων πόλεων τῶν Ἐπειῶν, ὡσαύτως Ἀἴμνον Ἰμβρον καὶ νήσους τὰς αὐτοῦ ταύτης C. 1 ἐν τῷ Αἰγαίῳ ὄκημένας. ὡς οὖν ἕκαστα τούτων ξυνέβη γενέσθαι, ὡς τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα κατὰ βραχὺ ἀπώλειο φθειρόμενα ὑπὸ Τούρκων, καὶ ὡς τὰ ἐκείνων μεγάλα ἐγένετο, ἐς μέγα αἰεὶ ἐς τόνδε τὸν χρόνον ἴοντα εὐδαιμονίας, ἐπιμνησόμεθα ἐπεξιόντες, ἐφ' ὅσον δὴ ἐς τὸ ἀκριβέστερον ἐπυθόμεθα.

- 10 Τούρκους δὴ οὖν ἔγωγε οὐκ οἶδ' ὅ τι ἂν καλέσαιμι κατὰ τὸ παλαιόν, ὥστε τάληθοῦς μὴ διαμαρτεῖν. οἱ μὲν γὰρ Σκυθῶν ἀπογόνους τοὺς Τούρκους οἴονται εἶναι, ὀρθότερον δὲ συμβαλλόμενοι περὶ αὐτῶν διὰ τὸ ἐς ἡθῆ οὐ πολὺ διεστηκότα καθισταμένους γλώττη σύνεγγυς μάλα διαχωρῆσθαι D
15 ἔτι καὶ νῦν τῇ αὐτῇ. Σκύθας τε γὰρ φασὶ τὸ ἑβδομον ἡδὴ ἀπὸ Ταναΐδος ὠρμημένους καταστρέφεσθαι τὴν ἄνω Ἀσίαν, Πάρθων τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων, τὴν τε Περσῶν χώραν καὶ Μήδων καὶ Ἀσσυρίων, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπικαταβάνας ἐς τὴν V. 4 κάτω Ἀσίαν, ἐπὶ Φρυγίαν Λυδίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, τὰ
20 ἐς τήνδε τὴν χώραν ὑποχείρια σφίσι ποιήσασθαι. καὶ νῦν ἔστιν ἰδεῖν, ἣ λέγουσι, πολλὰ τοῦ γένους τούτου πολλαχῆ τῆς Ἀσίας ἐπινεμόμενα, πρὸς Σκυθῶν τῶν νομάδων ἡθῆ τε καὶ

4. ὠκίμενας T, κειμένας H

ea Peloponnesum omnem, extra tres aut quattuor Venetorum urbes, ad haec Lemnum et Imbrum insulasque ibi in mari Aegeo sitas. ut autem singula haec contigerint, ut Graecorum res paulatim interierint a Turcis accisae, ut Turcorum res usque incrementum sumpserint, ut iidem ad maximam pervenerint felicitatem usque ad praesens tempus, singula haec explicabimus, quam exactissime et verissime audivimus.

Turcos ego nescio quodnam antiquitus nomen tenuisse dicam, ne a vero aberrare videar. quidam putant eos a Scythis, quos Tartaros nominant, originem trahere, non malam secuti coniecturam, videlicet quod moribus haud multum inter se differant, linguaque utantur etiamnum non multum dissimili. aiunt enim Scythas septimum iam a Tanai progressos Asiam superiorem devastasse, Parthis ea tempestate rerum summa potentibus necnon Persarum Medorum Assyriorumque regiones tenentibus. hinc inferiore quoque Asia peragrata Phrygiam Lydiam et Cappadociam suo imperio adiecisse. etiam nunc videre est, ut fertur, plurimos istius generis homines ubique per Asiam dispersos, moribus et victus ratione referentes Scythas nomades (quos pastores sive armentarios non absurde dicas) nullibi in Asia certas et fixas habentes sedes. illi et alia coniectura ducun-

δίαίταν τετραμμένα, οὐδαμῆ τῆς Ἀσίας ἔχοντα καταφανῆ τὴν
 διατριβήν. κακείνη δὲ ἔτι συμβάλλονται ὡς Ἀσίας τὴν κάτω
 P. 5 χώραν ἐνοικοῦντα βάρβαρα ἔθνη Τούρκων, Λυδίαν Καρίαν
 Φρυγίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Σκύθαις τὴν ἀπὸ Ταναΐδος
 ἐπὶ Σαρματίαν χώραν ἐπινεμομένοις ὁμόγλωττά τε ἐστὶ καὶ 5
 ὁμόσκευα. ἔτιοι δὲ Πάρθων ἀπογόνους Τούρκους φασὶν εἶ-
 ναι· τούτους γὰρ ὑπὸ Σκυθῶν τῶν νομάδων διωκομένους ἐς
 τὴν κάτω Ἀσίαν ἐπικαταβῆναι, καὶ ἐς τὸ νομαδικώτερον ἀπο-
 κλίναντας σκεδασθῆναι ταύτη ἀνὰ τὰς πόλεις, καὶ ἀπὸ τού-
 του ὡς δὴ νομάδας Τούρκους τὸ γένος τοῦτο καλεῖσθαι. ἄλ- 10
 λοι δὲ φασὶν ὑπὸ Τούρκης τῶν Περσῶν πόλεως μεγάλης τε
 καὶ εὐδαίμονος προελθεῖν τε τὸ γένος τοῦτο δισχυρίζονται,
 B καὶ εἰς τὴν κάτω χώραν τῆς Ἀσίας ἀπαλλαττομένους σκεδα-
 σθῆναι ταύτη ἀνὰ τὴν Ἀσίαν, ἐπικατασχόντας τὴν χώραν.
 εἰσὶ δὲ οἱ βούλονται Τούρκους ἀπὸ Συρίας μᾶλλον τῆς κοίλης 15
 καὶ Ἀραβίας ἢ ἀπὸ Σκυθῶν ἐπὶ τήνδε τὴν χώραν ἀφικομέ-
 νους μετὰ Ὀμαρέω τοῦ τὴν νομοθεσίαν διαδεξαμένου ἐπὶ τὴν
 τῆς Ἀσίας ἀρχὴν προεληλυθέναι, καὶ ταύτη αὐτοῦ καταλειφθέν-
 τας ἐς τὸ νομαδικώτερον ἀποκλίνας. ὡς μὲν οὖν τούτων ἕκα-
 στα ἔχει ἀληθείας, καὶ ἐφ' ἃ δέη τούτων χωροῦντας πυθέ- 20
 σθαι ἄμεινον, οὐκ ἔχω ξυμβалέσθαι ὡς ἀσφαλέςτατα. το-

1 τετραμμένα et ἔχοντα H, τειραμμένην et ἔσχον P

tur, qua confirmare nituntur Turcos Scytharum esse progeniem, quod
 inferioris Asiae regionem gentes Turcorum barbarae incolant, Lydiam
 Cariam Phrygiam et Cappadociam, qui lingua et reliquo quotidianae
 vitae usu nihil discriminis habere cognoscuntur a Scythis agentibus
 in ea regione, quae inter Tanaim et Sarmatiam excurrit. sunt qui
 existiment Turcos e Parthorum progenie descendere. hos enim, cum
 persecutionem hostilem a Scythis vagis, qui nomades dicuntur a per-
 mutandis pabulis, paterentur, in inferioris Asiae regionem conten-
 disse constat. cumque et ipsi vagi incertis sedibus, mapalia sua
 plaustris circumferentes, eo loci versarentur, per eas urbes esse dis-
 seminatos tandem apparet. exinde istud hominum genus contigit Tur-
 cos, quasi nomades, vocitari. alii ex Turca, Persarum urbe magna et
 opulenta, hoc hominum genus progressum esse tradunt; et hinc pro-
 fectos Asiae inferioris regionem tandem in suam dicionem redegisse
 totam perhibent. sunt quibus magis placeat Turcos ex Coelesyria et
 Arabia vel ex Scythia in istam regionem, habentes secum legisla-
 torem Homarem sive Omarem, delatos esse, Asiaeque imperium tan-
 dem obtinuisse, viventes instar nomadum. an autem commemoratae
 sententiae singulae veritatem complectantur, aut cui earum quis ac-
 cedere tuto ausit, nequeo quam tutissime et verissime pronuntiare.

- σόνδε μέντοι εἰρήσεται, ὡς τοῖς ἀπὸ Σκυθῶν γενέσθαι τὴν C
 ἀγορὴν τούτοις δισχυριζομένοις ἔχοι ἄντις συμφέρεσθαι ἄμει-
 ρον διὰ τὸ Σκύθας τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ πρὸς ἑὸν ἔτι καὶ νῦν
 διαγενομένους κατὰ τὴν ἀγορὰν καλουμένην τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ
 5 Τούρκων ἐπαίειν οὐ χαλεπῶς, διαίτη τε καὶ σκευῆ ἔτι καὶ
 νῦν τῇ αὐτῇ ἄμφω τῷ γένεε διαχωρῶμενους, διὰ τὸ Σκύθας
 ἐπικρατῆσαι ἀπανταχῇ τῆς Ἀσίας. δηλοῦ δὲ καὶ τοῦνομα
 αὐτὸ τὸν νομαδικὴν διαίταν προσηρημένον καὶ τὸν ταύτη τοῦ
 βίου πλέον αὐτῷ ποιοῦμενον.
- 10 Τὸ δὲ γένος τοῦτο τοὺς Τοῦρκους μέγα τε ὄν καὶ ἐπὶ
 πολὺ διῆκον ἐς μοῖρας ἐπίσταμαι διακεκρίσθαι τινάς, ἄλλας
 τε δὲ καὶ Ὀγουζίων τὴν μοῖραν, γένος οὐ φαῦλον οὐδὲ ἀγεν- D
 νές. ἀπὸ τούτων δὲ τῶν Ὀγουζίων γενέσθαι Ἰουδουζάλπην
 ἄνδρα ἐπεικῆ τε καὶ τῆς τῶν Ὀγουζίων μοῖρας ἡγησάμενον. V. 5
- 15 τοῦτον δὲ ἐπ' ἀρειῇ εὐφημούμενον ἀπομνημονεύουσι δικαιο-
 τατόν τε ἅμα γεγονέναι, καὶ τοῖς Ὀγουζίοις διαιτητὴν κατα-
 στάντα ἐλομένοις δικάσαι σφίσιν αὐτοῖς δίκην ἡντιοῦν, ὅποτε
 ἐπιδικάσαιτο τοῖς προσιούσιν αὐτῷ, ἀπαλλάττεσθαι ἀγαπῶν-
 20 τας ἑκατέρους οἷς ἂν ἐπιδικάσαιτο. καὶ τοῦτο φασιν ἐνίδον-
 τας αὐτῷ τοὺς Ὀγουζίους, διαπραξαμένους πρὸς τὸν τῆς χώ-
 ρας βασιλεύοντα, ἐπιστῆσαι σφίσιν αὐτοῖς τὸν Ἰουδουζάλπην
 δικαστήν, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιτρέψαι σφᾶς αὐτῷ διαθεῖναι ἤ P. 6

8. τὸν] τὴν P

13. ἀλληζίων R

18. ἐπιδικάσαιτο P

mibi tamen probabilius videtur assensum praestare illis qui Turcorum originem in Scythas referunt, cum manifestum sit Scythis, qui adhuc hodie in Europa Orientem versus aetatem agunt, optime convenire cum Turcis in foro emporiis, et commercii. victus et reliquis vitae usus etiamnum utrisque par est, quia Scythae universae imperitaverunt Asiae. idem etiam insinuat nomen Turcorum: significat enim hominem qui agrestiore victus rationem sequitur instar nomadum, et maximam vitae partem in eo consumit.

Genus hoc Turcorum cum esset magnum et in immensum auctum, compertum habeo in partes sive tribus quasdam esse divisum; inter quas fuisse tribum Oguziorum, hominum genus nec malum nec imbelles. ex his natus est Duzalpes, vir aequi iustique studiosissimus, Oguziorum dux. hunc accipio ob fortitudinem suam plurimum esse laudatum, tantaeque fuisse iustitiae (Oguziis namque ius dicebat) ut litigantes ipsum eligerent arbitrum in re qualibet; sententiamque quam ferebat, utraque pars laeta accipiebat. hanc viri aequitatem deprehendentes Oguzii impetrarunt, precibus fatigantes regionis istius regem, (qui tum erat Aladines nomine) ut eum acciperent sibi iudicem. quod ubi contigit, se ipsi tradiderunt Duzalpi, ut secum age-

ἂν αὐτῷ δοκοίη ἐπὶ τὸ ἄμεινον. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν τούτου
 παῖδα Ὀγουζάλη διαδεξάμενον τὴν ἀρχὴν τῆς Ὀγουζίων
 μοίρας ἐπὶ τὸ τυραννικώτερον ἐξηγήσασθαι, πρὸς τε τοὺς
 Ἕλληνας πολεμοῦντα κατὰ τὴν Ἀσίαν μέγα εὐδοκιμῆσαι.
 Ὀρθογρούλη δὲ Ὀγουζάλπεω παῖδα, δραστήριόν τε ἐς τὰ
 πάντα γενόμενον καὶ ἐπὶ πολέμους ἡγησάμενον, ἄλλη τε πολ-
 λαχῆ εὐδοκιμῆσαι, καὶ δὴ καὶ πλοῖα ναυπηγησάμενον ἐπιλη-
 στεύειν, νήσους ἐπιπλέοντα τὰς ἐν τῷ Αἰγαίῳ τῆ τε Ἀσίᾳ
 καὶ Εὐρώπῃ ἐπικειμένας, καὶ τὴν τε Εὐρώπην πορθοῦντα,
 Β τὰ τε ἄλλα καὶ ἐς Ταίαρον ἐμβάντα ποταμὸν τὸν κατὰ τὴν 10
 Αἶνον ἐπὶ πολὺ τοῦ ποταμοῦ σὺν ταῖς ναυσὶ προελθεῖν. λέ-
 γεται δὲ αὐτὸν καὶ ἄλλη τε πολλαχῆ τῆς Εὐρώπης ἀποβάσεις
 ποιήσασθαι, καὶ ἐπὶ Πελοπόννησον ἀφικόμενον καὶ ἐπὶ Εὐ-
 βοίαν καὶ Ἀττικὴν τὴν τε χώραν δηῶσαι, καὶ ἀνδράποδα ὡς
 πλεῖστα ἀπενεγκάμενον μεγάλα κερδᾶναι. Ὀρθογρούλη δὲ 15
 τοῦτον μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Ἀσίᾳ τραπόμενόν φασιν ἐπὶ διαρ-
 παγῆ τῆς περιοικίδος χώρας ἐπέξιέναι τε καὶ ἀπὸ τούτου
 ὀρμώμενον ἔξυναγεῖραι τε στρατεύμα, καὶ ἐπιόντα καταστρέ-
 C φεσθαι τοὺς τε ὁμόρους Ἕλληνας καὶ τοὺς ταύτῃ σφίσιν αὐ-
 τῶν περιοίκους, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ληιζόμενον τοὺς [δὲ] ἐπι- 20
 σπομένους αὐτῷ ἐν βραχεὶ δὴ ὀλβίους ἀποδεικνύναι, καὶ οὐ-
 τω δὴ συχνοὺς τῶν νομάδων ἐπιγενομένους αὐτῷ συμπολε-

8. ἐπιπλέοντας ἐν Ρ

ret secundum quod existimaret res Oguziorum optime habituras. de-
 inde cum filius huius nomine Oguzalpes (qui et Aguzalpes) imperium
 Oguziorum tribus sibi vendicasset, ad tyrannidem adspiravit; arma-
 que infesta Graecis inferendo, brevi in Asia ad maximam claritatem
 accessit. praeterea Orthogules Oguzalpis filius, cum manu esset prom-
 ptissimus, armis multos populos lacessens gloriam magnam ubique
 adeptus est; classem quoque paravit, qua fretus hostili animo navi-
 gavit ad insulas in Aegaeo e regione Asiae Europaeque sitas. etiam
 Europam populatus est. hinc (1298) navibus in flumen Taenarum
 iuxta Aenum urbem deductis ad multam fluminis partem processit.
 ferunt hunc et in alijs locis irrupisse in Europam. tandem ingressus
 Peloponnesum Euboeam et Atticam fecit cladem maximam, regionibus
 devastatis; reversusque domum, praeda mancipiisque oneratus,
 maximas hinc sibi conflavit opes. aiunt Orthugulem hunc in Asia
 morantem praedas ex finitimis gentibus egisse, rebusque pulchre suc-
 cedentibus exercitum conscripsisse. exercitu igitur satis valido muni-
 tus finitimos Graecos domuit, reliquos depraedatus est. et cum alii
 metu perculsi imperium acciperent, brevi suis maximarum opum auc-
 tor fuit. deinde cum quotidie nomades plurimi ad ipsum conflue-

μῆσαι τε αὐτῷ ἅμα καὶ συνδιενέγκαι τὸν πόλεμον ἐπὶ τοὺς
 ὁμόρους, καὶ ταχὺ δὲ οὕτως ἐπὶ ἀρχὴν παρεληλυθῆναι οὐ φανύ-
 λην. διὰ δὴ ταῦτα καὶ παρὰ Ἀλαδίνῃ μέγα εὐδοκιμῆσαι.
 ἔτιοι δὲ φασιν Ὀγουζίων τὴν μοῖραν ἡγουμένου Ὀρθογρού-
 5 λεω, χωρία ἐρυμνὰ περὶ τὸν Ταῦρον καταλαβόντα, ἐπὶ τῆς
 ταύτῃ ὁμόρου χώρας καταστροφῇ ἐντεῦθεν ὠρμησθαι, καὶ
 τοὺς γε Ἑλλήνων περιοίκους ἄγειν, καὶ ἐπὶ μέγα χωρῆσαι D
 δυνάμειος.

Ὡς μὲν οὖν ἀρχὴν ἔσχε τοῦτοις τὰ πράγματα, καὶ ὡς
 10 ταύτῃ ἢ ἄλλῃ ἐγένετο, οὐκ ἂν οὕτω ῥαδίως εἰπεῖν ἔχοιμι,
 ὑπὸ πολλῶν μέντοι λεγόμενα ταῦτα [δὲ] ἐς τοσοῦτον ἐπιμνη-
 σάμενος παρήμι· ὡς δὲ Ὀτουμανίδαί τῆς Ὀγουζίων μοίρας
 ἐπὶ τῆνδε ἀφίκοντο τὴν ἀρχὴν, ὧδε γενέσθαι ἐπυθόμην. ἔστι
 Σογούτη παρὰ Μυσίαν κώμη οὕτω καλουμένη εὐδαίμων, καὶ
 15 ποταμὸς παρ' αὐτῇ οὕτω καλούμενος. διέχει δὲ ἀπὸ θαλάτ-
 τῃς τῆς τοῦ Εὐξείνου πόντου σταδίους ὡσεὶ πεντήκοντα καὶ
 διακοσίους· καλοῖτο δ' ἂν αὕτη Ἰτέας κώμη. ἐς ταύτην δὲ
 τὴν χώραν ἀφικομένους τοὺς Ὀγουζίους ἐνοικῆσαι ἐπὶ τινα
 χρόνον. Ὀτουμάνον δὲ τὸν Ὀρθογρούλεω παῖδα, οὐ πάντι P. 7
 20 εὐπράττιοντα τὴν ἀρχὴν, γενέσθαι τὴν τε ψυχὴν ἐλευθεριώ-

9. Πῶς? 12. Ὀτουμανίδας P 17. Ἰταίας P: cf. Hammer
 Gesch. des Osman. Reiches I. p. 573. 19. τοι P, ut solet
 post πάντι et σχεδόν.

rent et in belli societatem adversus finitimos admitterentur, tandem
 mirum in modum imperii sui pomoeria promoverunt. propter res
 fortiter gestas etiam Aladinae carus acceptusque erat. sunt qui lite-
 rarum monumentis scriptum reliquere, Ogusiorum tribum auspiciis
 ductaque Orthogulis loca iuxta Taurum munita occupasse, et hinc
 armis instructos procurrentes finitimam regionem subiugasse, Grae-
 cos eius regionis accolae devicisse, suoque imperio maxima adiecisse
 incrementa.

Quae autem horum ab initio fuerit condicio, ad haec, verane
 sint an falsa quae de ipsis modo exposuimus, non facile affirmare
 ausim, quamvis plurimi scriptores ea commemorarint. proinde, cum
 ea hactenus ab origine repetierim, nunc amplius de his verba facere
 supersedeo. quantum vero attinet ad Otomanidas, ex familia Ogu-
 ziorum ortos, ut ad clarissimum hoc imperium evaserint, nunc expla-
 nare instituo. vicus est iuxta Mysiam, quem Sogutam incolae vo-
 cant, ubi est et fluvius eiusdem nominis. vicus ille rerum omnium
 affluentia pollet, remotus a mari Euxino ducentis quinquaginta sta-
 diis. potest idem locus Iteae vicus nominari. in hanc regionem cum
 Oguzii penetrassent, ibi aliquanto tempore habitaverunt. Otomanus
 autem, Orthogulis filius, initio non admodum secundis agebatur for-

τατον, καὶ τοὺς ἐν τῇ κώμῃ φιλοφρονοῦμενον ἐκ τῶν προσ-
 όντων ὡς οἷόν τ' ἦν μάλιστα αὐτῷ τοὺς τε ἐν τῇ κώμῃ ἀνα-
 κτήσασθαι, ὥστε διαφορᾶς σφίσι πρὸς τοὺς Ἑλλήνων αὐτῶν
 περιόικους γενομένης ἡγεῖσθαι κελεύειν τοὺς ἐν τῇ πόλει
 Ὀτουμάνον τὸν Ὀρθογορούλεω· καὶ μαχεσάμενον τρέψασθαι⁵
 τε τοὺς ταύτῃ Ἑλληνας, καὶ ἀπὸ τούτου ὀρρωμένους ἐπὶ
 πολὺ ἐπεξελθεῖν τε τοὺς Ἑλληνας, καὶ παρὰ Ἀλαδίνῃ εὐ μά-
 Βλα εὐφημούμενον μέγα εὐδοκιμῆσαι, ἐπὶ στρατηγίας τε καθι-
 στάμενον καὶ ἔργα ἀποδεικνύμενον ἄξια λόγου. τελευτήσαν-
 τος δὲ Ἀλαδίνεω βασιλέως, καὶ τῶν ἀρίστων αὐτοῦ ἐς δια- 10
 φορὰν σφίσιν ἀφικνουμένων, λέγεται ἀφικέσθαι ἐς λόγους
 αὐτοῖς, καὶ ἐκείνους ἀλλήλοις, ξυμμαχίαν τε καὶ ὀμαιχιμίαν
 V. 6 ἐκείνοις συνθέμενον ξυμβῆναι αὐτοῖς, ὅρκια ποιησάμενον, ἐφ'
 ᾧ ὁμοῦ πάντα κοινῇ συνδιαφέρειν τὸν πόλεμον καὶ καταστρέ-
 φεσθαι τὴν χώραν ὅσην δ' ἂν δύνωνται, ὅσην δ' ἂν ὑπάγων- 15
 ται, ἐπιδιελέσθαι σφίσι κατὰ τὰ κοινῇ σφίσιν αὐτοῖς δεδο-
 γμένα· καὶ οὕτω δὴ ἅμα ἐκείνοις ἐλαύνοντα καταστρέψα-
 σθαι χώραν οὐκ ὀλίγην, καὶ ἔργα ἀποδεικνύμενον μεγάλα καὶ
 C χρήματα συχνὰ ἐπικτώμενον, ὥστε ἐν βραχεῖ ἐπὶ ἀρχὴν πα-
 ρεληλυθέναι οὐ φαύλην. τούτους δὲ ἡγεμόνας ἐπτά γενομένους, 20
 ὅσην ὑπηγάγοντο ἀρχὴν, διανεμεῖσθαι μετὰ ταῦτα σφίσιν αὐ-

3. Ἑλληνας H
 μασθαι?

16. ἐπιελέσθαι P: corr H

21. διανεί-

tunae flatibus. proinde cum esset animo liberali et forti praeditus, animos eorum qui in vico agebant opibus sibi conciliat, brevique sibi devotissimos habuit. hinc cum odiis certarent continuis adversus Graecos, omnium assensu imperator declaratus est. bello itaque adortus Graecos qui in ea regione habitabant, non prius praelio excessit quam omnes aut cecidisset aut fugasset. hinc prospere succedentibus rebus victorias plurimas Graecis extorsit. cum autem fama nominis sui regiones plurimas implevisset, etiam apud Aladinam maxima gloria viguit, creatus ab ipso dux, cum undique praeclaris editis facinoribus res fortiter gessisset. defuncto rege Aladina discordia inter regni optimates exorta est. Orthogules adhibitus in colloquium, cum multum temporis deliberando esset absumptum, tandem icto foedere promisit se ipsis socium et auxiliarem fore, quocumque in militiam proficiscantur, hac tamen condicione, ut quascumque regiones coniunctis copiis suo imperio adiunxerint, eas inter sese partiri velint. cum igitur, ut foedere tenebatur, communi consensu viribusque communibus bella aggrederentur, tanta ipsius inter omnes virtus emicuit, ut brevi plurimas opes acquireret regnumque sibi pararet haud aspernandum. hi autem cum forent duces numero septem, initio regionem, quam tum armis subiecerant, inter sese divi-

τοῖς. λαχεῖν δὴ Καραμάνον τὴν μεσόγαιαν τῆς Φρυγίας ἄγχοι
 Κιλικίας καὶ Φιλαδελφείας, Σαρχάνην δὲ ἐντεῦθεν τὴν παράλιον
 τῆς Ἰωνίας χώραν ἔστε ἐπὶ Σμύρνην ἐλθεῖν, τὰ δὲ Λυδίας
 ἔστε ἐπὶ Μυσίαν Καλάμην σὺν τῷ παιδὶ αὐτοῦ Καρασῆ. τὰ
 5 πρὸς Ὀλυμπόν τε καὶ Βιθυνίαν Ὀτουμάνον λαχεῖν μετὰ Τε-
 κίεω· τὰ δὲ πρὸς τὸν Εὐξείνον πόντον καὶ Παφλαγονίαν
 λαχεῖν τοὺς Ἀμοίρεω παῖδας. τὸν δὲ Κερμιανὸν οὐ τῶν
 ἐπὶ τούτων γεγονέναι φασίν, ἀλλὰ βασιλέα πρόσθεν γενόμε-
 νον Κωνίου τῆς Καρίας πόλεως, ἐν ᾗ τὰ βασίλεια ἐπὶ συ- D
 10 χρόν τινα χρόνον διεγένετο τούτοις, ἀπεληλαμένον ἐντεῦθεν ἐς
 Ἰωνίαν ἀπαῖραι, κάκει ἰδιωτεῖοντα ἡσυχίαν ἄγειν. οἱ μέντοι
 ἐπὶ ἐτύγχανον ὄντες οἱ σύμπασαν τήνδε κοινῇ ὑπαγόμενοι
 σφίσι τὴν χώραν· ἢ χωρὶς ὅς ἕκαστος, καὶ ἢ ἄλλω ἄλλη
 ξυνέβαινον, ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἀρχὴν παρεγένετο ἕκαστος, οὐκ ἂν
 15 δὴ οὕτω ἐν δέοντι πολυπραγμοιοίην. Σογούτην μέντοι ἐπί-
 σταμαι κόμην ὡς οἱ ἀπ' ἐκείνης γενόμενοι Ὀτουμανίδων βα-
 σιλεῖς ἐτίμων τε ἐπὶ πλεῖστον ἐπιφοιτῶντες ταύτῃ τῇ κόμῃ,
 καὶ τοῖς ἐνοικοῦσιν αὐτὴν ἀποδιδόασι γέρα τὰ νομιζόμενα.

Ἀπὸ ταύτης δὲ ἐπίσταμαι ἀκοῇ γενέσθαι Ὀτουμάνον τὸν P. 8
 20 Ὀρθογορούλεω παῖδα, πρῶτον δὴ τοῦ γένους τούτου ἄλλας τέ
 οἱ πόλεις ὑπαγόμενον ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἐν δὲ δὴ καὶ Προῦσαν

9. Ἰκωνίου P
 εἷς? an ὡς?

11. ἀπάρας P: corr H

13. εἰ? ὄς|

serunt: postea partione sorti commissa Caramano obtigisse mediter-
 raneam Phrygiae Ciliciam usque et Philadelphiam. Sarchani sors ad-
 dixit maritimam Ioniae regionem, qua Smyrnam usque patet. Lydia
 usque ad Mysiam obvenit Calami et filio eius Carasi. Bithyniam autem
 cum his regionibus quae Olympum respiciunt, nactus est Otomanus
 cum Tecie. Paphlagoniam cum his regionibus quae vergunt ad Euxi-
 num pontum, acceperunt Amurae filii, sic sorte partitionem regente. Cer-
 mianum dicunt non fuisse de numero septem illorum ducum, verum
 imperasse Conio Cariae urbi, in qua regia erat: tandem suo detur-
 batum regno abiisse in Ioniam; sectatusque ibi vitam privatam quietem
 amplexus est. septem illi duces coniunctisne copiis an singuli
 per se regiones istas subiecerint, praeterea ut alius in alterius succes-
 serit opes et regnum, non referre arbitror curiosius describere. illud
 autem certum est, reges Otomanidarum Sogutham vicum multum hono-
 rassent, cum eo frequenter accederent, reddentes vici incolis solen-
 nia munera.

Accepi praeterea Otomanum Orthogulis filium primum generis
 huius ex isto vico oriundum extitisse; qui inde profectus urbes Asiae
 cepit, et Prusam Mysiae urbem opibus florentem, fame expugnatam,

τὴν ἐν Μυσίᾳ πόλιν καὶ τότε εὐδαίμονα παραστησάμενον, ὑπὸ λιμοῦ ἐκπολιορκῆσαι ἐλόντα τὴν πόλιν, καὶ ἐν αὐτῇ τὰ βασιλεία ποιησάμενον, καὶ ἀπὸ ταύτης δομώμενον ἔργα μεγάλα τε καὶ περιφανῆ ἀποδειξάμενον, παῖδάς τε καὶ ἀρχὴν οὐ φαύλην καταλιπόντα τελευτῆσαι ἐν Προύσῃ. τοῦτον δὲ ἴσμεν ἡμεῖς τοῦ γένους τοῦδε τὰ τε ἄλλα ὡς οἷόν τε ἄριστα καθιστάντα, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐς τὸ ἐπιτηδειότατον αὐτῷ καταστησάμενον, τάξιν τε ἀρίστην ἀποδειξασθαι ἀμφ' αὐτόν, Βῆν θύρας βασιλέως καλοῦσι, καὶ ταύτη γε τῇ δυνάμει τὸ ἀπὸ τοῦδε δεδιπτόμενον δέει τῷ ἀμφ' αὐτόν κατέχειν τοὺς 10 ὑπὸ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ ζύμπαντας, ἐν τάχει παραγενομένους ὅπη ἂν αὐτῷ δοκοίη, καὶ ἐπιτελοῦντας ἅτι ἂν ἐπιτάττοι ὁ βασιλεύς, καὶ ἐπὶ τὰ παραγγελλόμενα ὑπὸ τῶν βασιλέως θυρῶν κατὰ τάχος ἰόντας. τοῦτον δὲ οὖν ἐπυθόμεθα γενναϊότατόν τε ἐς τὰ πάντα γεγόμενον, ταύτη τε ὡς ἐπὶ πλεῖστον 15 νομισθῆναι δαιμόνιον, καταλιπεῖν τε ἀπὸ τούτου τὴν ἐπωνυμίαν τοῖς ἀπ' ἐκείνου γενομένοις, Ὀτουμάνου παῖδας ἔτι καὶ νῦν καλεῖσθαι. ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ὀκτακισχίλιοι Τούρκων ἐς τὴν Εὐρώπην διαβάντες περὶ Ἑλλησποντον, καὶ ἐν Χερσονήσῃ κατασχόντες φρούριον Ἑλληνικόν, καὶ ἀπὸ τοῦ 20 του δομώμενοι, τὴν τε Θράκην ἐς Ἴστρον ἐλαύνοντες ἐληίζοντο τὴν χώραν ἐπιδραμόνιες, τὰ τε πολλὰ διήρπαζον, καὶ ἀνδράποδα ὡς πλεῖστα ἐλόμενοι ἐς τὴν Ἀσίαν διεβίβαζον, τοὺς

4. παῖδά T 11. παραγινομένους?

regni sedem constituit. postremo operibus multis fortiter et splendide peractis, relinquens liberos et regnum illustre, naturae debitum exoluit Prusae. hic primus istius generis optime, quae ad regni salutem attinent, disposuit. et ut regnum sibi faceret quam maxime firmum et opportunum, satellites allegit, quos regis ianuas sive portas nuncupavit. et cum iam omnibus propter istam potentiam formidini esset, subditos facile in imperio continuit, cum omnes ad nutum, quando vocarentur, praesto essent et impigre ea quae ianuae regis imperarent obirent. commemorant Orthogolem istum virum per omnia extitisse generosissimum; et cum propter res suas praeclare administratas augustior homine et quasi divinus reputaretur, posteris reliquit insigne cognomentum, ut Otomanidae sive Otomani filii vocentur. hoc regnante Turcorum octo milia traiecerunt in Europam per Hellespontum, captoque Graecorum praesidio Chersoneso imposito perrexerunt in Thraciam et ad Istrum, incursionibusque plurimis factis regionem istam vastarunt, et maximam hinc reportarunt praedam. mancipia, quae erant plurima, iure belli capta, transmiserunt in Asiam. Graecorum Triballorumque (qui nunc Bulgari dicuntur) res agebantur

τε Ἑλλήνας καὶ Τριβαλοὺς ἤγον καὶ ἔφερον. ἐν τοῦτω δὴ
 Σκυθῶν μοῖρα οὐκ ὀλίγη, ἀπὸ Σαρματίας ἐπὶ τὸν Ἰστρὸν
 ἐλάσαντες καὶ τὸν γε Ἰστρὸν διαβάντες, τοὺς τε Τούρκους ἐν D
 τῇ Θράκῃ κατέλαβον καὶ μαχεσάμενοι ἐτρέψαντο, καὶ πλὴν
 5 ὀλίγων τινῶν διεσχρήσαντο σύμπαντας ἀφειδέστατα. ὕσσι δὲ
 οὐκ ἐφθάρησαν, διασωθέντες ἐς τὴν Χερρόνησον, ἐς τὴν
 Ἀσίαν αὖθις διαβάντες οὐκέτι πάλιν ἀφίζοντο.

Τότε οὖν τὰ Ἑλλήνων πράγματα ἐταλαντεύετο ἐπ' ἀμφό- V. 7
 τερα, διαφερομένων σφίσι κατὰ τὴν Βυζαντίου βασιλείαν
 10 ἀμφοῖν βασιλείῳ τοῖν Ἀνδρονίκῳ, τοῦ τε πάππου καὶ νί-
 δοῦ, τῶν Παλαιολόγων. ἐφ' ὧν δὲ ἐς διαφορὰν σφίσιν
 ἀφικομένων οἱ τε Ἕλληνες πρὸς ἑκατέρους διέστησαν, καὶ αὐ-
 τοῖς τὰ πράγματα ἤδη πάμπαν ἐφθείρειτο. τῷ γὰρ πρώτῳ
 Ἀνδρονίκῳ ἐγεγόνει παῖς Μιχαῆλος, ὃς ἐτελεύτησε πρὶν ἢ ἐς
 15 τὴν βασιλείαν ἐλθεῖν. μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευταίην Ἀνδρό-
 νικος ὁ παῖς αὐτοῦ γεγηρακότε ἤδη τῷ πάππῳ, ἀξιῶν αὐτὸς
 ἔχειν τὴν βασιλείαν, καθίστατο ἐς διαφορὰν, ἀνθαδέστερος
 ὢν ἢ ὥστε πείθεσθαι, καὶ πράγματα παρεῖχεν ἀνήνυτα, τοὺς P. 9
 τε Τριβαλοὺς ἐπαγόμενος καὶ Ἑλλήνων τοὺς ἀρίστους οἱ προσ-
 20 εταιριζόμενος ἐς τὴν βασιλείαν, ὡς διὰ ταῦτα μηδὲ ἐξεῖναι
 αὐτοῖς τὸ παράπαν τοὺς Τούρκους ἐς τὴν Εὐρώπην διαβάντας
 ἀμύνεσθαι. καθ' ὃν δὴ χρόνον ἢ τε Προῦσα ἐξεπολιορκήθη

ferebanturque. ea tempestate Scythae parva manu a Sarmatia pro-
 deuntes festinabant ad Istrum. quo transmissis Turcos, quos eo loci
 deprehenderant, atroci praelio inuito fuderunt, et propemodum omnes,
 demptis paucis, necaverunt. qui autem integri ex eo praelio abie-
 rant, fuga in Chersonesum delati et hinc in Asiam transvecti tandem
 ab Europa abstinerunt.

Eodem tempore Graecorum res ancipiti fruebantur fortuna, cum
 intestinis discordiis agitantur propter Byzantii regnum reges ambo,
 avus et nepos, Andronici, ex familia Palaeologorum orti. cum autem
 seditionibus iactarentur, quidam hunc, pars illum sequebantur. ex
 quo effectum est ut planissime res ipsorum interierint. priori enim
 Andronico natus est filius, cui nomen inditum Michael, qui fato fun-
 ctus est antequam ad regnum promoveri posset. post huius mortem
 Andronicus filius, cum avus senio confectus foret, ad regiae dignitatis
 culmen conscendere gestiens inimicitias ex aperto cum avo suscepit.
 cum autem esset impudentior et praefractor quam ut meliora consulenti
 pareret, Graecos in gravissima discrimina adduxit. Accessit enim
 Triballos, Graecorumque optimates in regni curam adhibitos sibi
 concilians, effecit ut nemo amplius Graecorum Europae accessu Tur-
 cos prohiberet. tunc temporis (1303) capta est Prusa, quam fame

λιμῶ ἀλοῦσα ὑπὸ Ὀτιομάνου, καὶ ἄλλαι κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεις οὐκ ὀλίγαι ἐάλωσαν. ὅθεν οἱ τε Τοῦρκοι ἐπὶ μέγα ἐχώρον δυνάμεως κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβά-
 τες κακῶς ἐποιοῦν τὴν Θράκην, ἄλλοι τε οὐκ ὀλίγοι καὶ δὴ καὶ Χαλκίδης, ὅς δὴ ἐς τὸ κατὰ τὴν Χερρόνησον φρούριον 5
 ὑπὸ Ἑλλήνων συναλαθεῖς μετεπέμπετο Τοῦρκους ἀπὸ τῆς Β' Ἀσίας, καὶ τὸν τε βασιλέα ἐπιόντα ἡμύνατο, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐξελαύνων τῆς Θράκης ἐλήζετο, ὅποτε δὴ ἐπαγόμενος τὸν τε Τριβαλῶν ἡγεμόνα καὶ τοὺς ἀπὸ Ἰταλίας τὸ τε φρούριον ἐξε-
 πολιορκήσῃ κατ' ἡπειρον καὶ κατὰ θάλατταν. οἱ μὲν οὖν 10
 Τοῦρκοι ἔλαθον δραομῶ ἐπιχειρήσαντες ἐς τὴν Ἀσίαν νυκτὸς διαβά-
 ντες. ἀνωμάλως μὲν ἐς τε τὰ ἄλλα σφίσιν ἔχοντες οὔτιοι οἱ βασιλεῖς, καὶ αὐτομόλοις Τοῦρκων ἡγεμόσι, τῶ τε Ἀζατίνῃ καὶ ἄλλοις, οὐ καλῶς ἐχρήσαντο, ὥστε ἐπιτηδείως ἔχειν σφίσιν τοὺς τε ἀπὸ Ταρακῶνος καὶ Ἰταλίας, οὓς δὲ 15
 μετεπέμπετο ἐπὶ τῶν Τοῦρκων βασιλέα Ὀρχάνην, ὅς Φιλαδέλφειαν ἐπολιόρκει, καὶ ἐς τὴν ἐπὶ τῇ Χερρόνησῳ φυλακὴν τῆς Καλλιουπόλεως. οὔτιοι μὲν οὖν οἱ Ταρακῶνες καὶ οἱ ἀπὸ Ἰταλίας ἐς τὴν Καλλιουπόλεως φυλακὴν τεταγμένοι, τοῖς μετὰ Ἀζατίνῃ αὐτομόλοις χρῆσάμενοι Τοῦρκοις, συνεστή- 20
 σαντο ἀλλήλοις ὡς τῇ πόλει ἐπιθησόμενοι, καὶ ἐπειδὴ ἔγνωσαν κατὰδῆλοι ὄντες (ἐμηνύθη γὰρ ὑπ' αὐτῶν τινὸς τοῖς Ἑλ-

16. μετεπέμπετο II

domitam in dicionem redegit Otomanus. in potestatem venerunt et alia Asiae oppida, unde maxima Turcis per universam Asiam accessit potentia; transgressique in Europam Thraciam gravissime adflixerunt. Chatites autem, qui a Graecis in praesidium, quod Chersoneson tuta-
 batur, erat compulsus, vocavit Turcos ex Asia, et Graecos accedentes fortiter sustinuit; nec non ad multam Thraciae regionem progressus praedas agebat. adductis vero duce Triballorum et iis qui modo ab Italia advenerant, praesidium Chersonesi terra marique oppugnari coeptum est. at Turci cum viribus nequaquam pugnarent paribus, nocte intempesta profugerunt in Asiam insciis hostibus. verumtamen Graeci parum benigne tractarunt transfugas Turcorum duces et Azatinam, quo sibi maiore benevolentia devincirent eos quos ab Italia et Taracone asciverant, ut suppetias ferrent contra Turcorum regem Orchanem, qui exercitum Philadelpiae admoverat. praeterea ad occupandum Calliopolis (quae et Callipolis) praesidium in Chersoneso Taraconenses et Itali, additis Azatina et caeteris Turcorum transfugis, urbem aggredi nitentur. ut autem inceptum eorum patefactum est oppidanis (nam a quodam Graecis, qui in ea urbe erant, significatum est), per Thraciam, ab urbe digressi, ibant. profecti praeter

λῆσι), διὰ τῆς Θράκης ἵεντο, καὶ τὴν Ῥοδόπην διαβάαντες ἀφίκοιτο ἐς Κασσάνδρειαν, Πύδναν τὸ πάλαι καλουμένην. ἐντεῦθεν δὲ τῶν μὲν μετὰ Ἀζατίνω Τούρκων ὅσοι παρήσαν, ἀφίκοιτο ἐς τῶν Τριβαλλῶν βασιλέα, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας τὰ
 5 ἔμπαλιν γενόμενοι ἵεντο πεζοὶ ἐπὶ τὴν Χερρόνησον, ἀδθις ἐν τῇ ἔχοντες, ὅτῳ ἂν δύναιντο τρόπον, ἐς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι. D καὶ πῆ καὶ σπονδὰς τοῖς Ἑλλήσι ποιησάμενοι, ὡς ἐπεβούλευον αὐτοὺς οἱ Ἕλληνες ἐλεῖν βουλόμενοι ἔς τι φρούριον τὸ κατὰ τὴν Χερρόνησον διεσώζοντο. καὶ οὗτοι ἀδθις κακῶς ἐποίουν
 10 τοὺς Ἕλληνας· οἱ μὲντοι ἀπὸ ἑσπέρας τε καὶ Ἰταλίας ἄνδρες, διὰ Μακεδονίας τε καὶ Θετταλίας ἐς Βοιωτίαν ἀφικόμενοι, κατέσχον αὐτὴν καὶ τὰς Θήβας ἠνδραποδίσαντο ἀφρο- V. 8 σὺν τοῦ ἡγεμόνος, ὃς δεδιώς τε αὐτοὺς καὶ ὑπολογιζόμενος ἐπήει ὡς ἀναρπασόμενος. οὗτοι μὲν οὖν ταφρεύσαντες τὸ
 15 χωρίον, καὶ ὕδωρ ἐς αὐτὸ ἐμβαλόντες, ἐπὶ πολὺ ἄβατον τοῖς ἵππεῦσιν ἐποίησαντο τὸ χωρίον. οἱ μὲν οὖν ἵππεῖς οἱ μετὰ P. 10 τοῦ ἡγεμόνος ἔθεον δρόμῳ ἐπὶ τοὺς ἑσπερίους ὡς ἀναρπασόμενοι, ἐμβάντες δὲ ἐς τὸ χωρίον χαλεπῶς ἐχρήσαντο σφίσιν αὐτοῖς· οἱ δὲ Ταρακῶνες καταπέλαις τε καὶ τόξοις βάλλοντες
 20 καὶ ἀκοντίοις τοὺς πολλοὺς τῶν Βοιωτῶν αὐτοῦ ταύτῃ διεχρήσαντο, ὕστερον δὲ ἐπὶ τὴν πόλιν ἐλθόντες αὐτοβόει τε τὴν πόλιν εἶλον καὶ ἠνδραποδίσαντο. οὗτοι μὲν οὖν ὕστερον ἐς

2. οἶμαι Ποιδαίαν margo R

Rhodopen venerunt Cassandriam, antiquitus Pydnam dictam. Turci qui comitabantur Azatinam, venerunt ad Triballorum regem. at hi qui confugerant in Asiam, bellum redintegrare volentes, et itinere pedestri in Chersoneson reversi, cogitabant, quoquo modo possent, redire in Asiam. etiam quibusdam in locis foedera cum Graecis conglutinarunt. cum autem Graeci iis insidias tenderent, volentes eos capere, fuga evaserunt in praesidium Chersonesi, et denuo Graecis plurima inferebant damna. Itali et Hispani lustrata Macedonia et Thessalia, cum ingressi essent fines Boeotiae, eam regionem occuparunt. Thebas quoque diripuerunt; cuius direptionis causa extitit duceis imprudentia, qui cum timidos et imbelles crederet hos, quasi omnes in suam potestatem redacturus, ferox eos adoriebatur. at Itali et Hesperii locum illum fodientes, et aquam multam in fossas admittentes, effecerunt ut locus ille equestri pugnae minus esset opportunus. dux igitur magno equitatu in illos irrumpens, quasi primo impetu hostes devicturus, in maximum periculum cum suis praecipitatus est, cum equi solo cohaerent instabili. Taraconenses sive Hispani ingerentes tragulas et sagittas, torquentesque missilia, plurimos Boeotorum eo loci neci dederunt; hinc adversus urbem profecti, ca-

Ἰταλίαν περαιούμενοι ἐπ' οἶκον ἐτράποντο ἕκαστος· Ἕλληνας δὲ μετὰ Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως, καὶ τοῖς ἀπὸ Τούρκων ἐπὶ σφᾶς αὐτομόλοις καὶ τοῖς ἀπὸ Ἰταλίας κακῶς χρησόμενοι, οὐχ ὅπως οὐδὲν εὖραντο ἐπιτήδειον, ἀλλὰ καὶ πολεμίους σφίσι ἐχόντες τούτους, ἐπὶ τὸ τοὺς σφῶν εὐγενεῖς θεραπεύ-
 Βειν μόνον τραπόμενοι τῆς τε ἀρχῆς εἰσόδους κατανήλισκον, καὶ οὔτε στρατεύματα συνέλεγον οὔτε ξένους μισθωσάμενοι καὶ τοὺς πολεμίους ἐπιόντας σφίσι τιμωρεῖν ἠβούλοντο.

Ἐπάνειμι δὲ ἐπ' ἐκεῖνο τοῦ λόγου, ὅθεν μοι ἐξέλιπε. Ὅτουμάνος μὲν οὖν Ὁρθογρούλεω, τὰ πλέω τῆς ἐς τὴν Ἀσίαν 10 Ἑλλήνων χώρας καταστρεψάμενος, ἐς Νίκαιάν τε ἐσέβαλε καὶ ἐς Φιλαδέλφειαν, οὐ μέντοι γε εἶλε τὸ ἄστυ· καὶ πρὸς Τούρκους τοὺς μετὰ Ὁμούρεω διενεχθεῖς ἐπολέμησεν· ἄρξας δὲ ἐν Προύσῃ, ἐν ἧ τὰ βασιλεία ἐπεποιήτο οἱ, ἐτελεύτησε, καταλιπὼν παῖδας καὶ χώραν οὐ φαύλην καὶ στρατὸν οὐκ 15 ἀγεννῆ. τελευτήσαντος δὲ Ὅτουμάνου ὁ νεώτερος τῶν παίδων αὐτοῦ γενόμενος τοὺς ὅτι ἐγγύτατα παρὰ τῆ πατρὶ δι-
 Cαιτωμένους, ὡς οἶον τ' ἦν αὐτῆ ἀνακτιώμενος, ἐπιτηδείους τε αὐτῆ εἶχε καὶ ἐς τὰ μάλιστα συνήθεις. ἀπὸ τούτων δὴ ἐπει τε τάχιστα ἐπύθειο τελευτῆσαι Ὅτουμάνον, ὄντα ἤδη, ἧ φα- 20 σίν, ἐπὶ γῆρας οὐδῶ, ἀποφυγεῖν μὲν αὐτίκα τοὺς ἀδελφοὺς ἐκποδῶν γενόμενον ἐπὶ Ὀλυμπον τῆς Μυσίας ὄρος, διαπο-

10. ἐς om P: cf. p. 12 D.

14. δὲ] δὲ ἔτη μί?

ptam depraedati sunt. qui tandem redeuntes in Italiam domos re-
 mearunt. Graeci cum rege suo Andronico, cum parum dextre Tur-
 cos transfugas, nec non eos qui ab Italia ferendi auxilii gratia adve-
 nerant, fovissent, praeter opinionem etiam hos sibi inimicos ex ami-
 cis et auxiliaribus fecere. Graecorum autem nobiles cum profusiori-
 bus largitionibus in se converterent reguli, regni reditus universos
 exhausserunt, nullo interim exercitu comparato, nec peregrinis militi-
 bus conductis, cum etiam negligenter hostes suis finibus arcere.

Nunc unde digressus sum, revertor. Otomanus Orthogulis filius, subacta Graecorum Asiam incolentium regione pene universa, irruit in Nicaeam et Philadelphiam, quam haud tamen suae dicioni admo-
 vit. Turcos quoque qui Homuren sequebantur, inimicitias permotus, bello petiit. regnans autem Prusae, quae regni sedes erat, expira-
 vit (1330), relictis liberis et regione amplissima. defuncto Otomano filius eius natus minimus ex tribus, Orchanes nomine, praeoccupatis animis eorum qui in artissimam patris admittebantur amicitiam, eos sibi familiares et quam maxime opportunos tenuit. ex quibus ut primum accepit Otomanum iam, ut ferunt, in senectutis limine con-
 stitutum obiisse mortem, fratres illico fugiens proripuit se ad Olym-

ρευόμενον δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν περιτυχεῖν ἵππων φορβῆ ταύτη
 mercia Galli cuiusdam. Ianuenses implebant naves quas habebant
 maximas, necnon triemes tredecim; quibus imposuerunt suorum octo
 milia armatorum, et properabant contra Byzantium, volentes urbem
 eam capere. eodem tempore etiam Scythis (qui et Tataři) bellum
 inferebant Ianuenses Scythae namque qui circa Bosporum colunt, ini-
 micitiis moti quas cum Caphensibus gerebant, Capham urbem ege-
 runt et tulerunt. propter quae miserant legatos ad regem Scytharum
 Atzikarem, petitum pacem, hac tamen condicione, ut sua reciperent.
 cum nihil eorum quae petiissent impetrare potuissent Caphenses, ur-
 bem ad Italiam reducere, cum Ianuenses iniquis animis paterentur
 urbem suam ab Scythis adeo graviter divexari. eodem tempore iis
 discordia cum Graecis fuit. parabant itaque contra utrosque simul
 rem gerere et utrosque armis domare. appulerunt itaque Byzantium,
 indicentes Byzantiis bellum; et inde legentes Euxinum pontum ve-
 nere Capham. ibi igitur egressi navibus in Chersonesum recta per-
 gebant contra Scythas, non multum in urbe morati. Scythae audien-
 tes hostes accedere sine ordine palantes, plenos contemptu, et ipsi

μένους· τραπόμενοι γὰρ τῇ προτεραίᾳ ἐπὶ ποταμόν τινα P. 151
 αὐτοῦ ταύτῃ τῆς χώρας ἠϋλίζοντο, οὔτε φυλακὰς καταστησά-
 μνοι ἐς τὸ στρατόπεδον, οἴομενοι δὴ οὐδέποι' ἂν τοὺς Σκύ-
 θας ἐς τοσοῦτον τόλμης ἀφικομένους ἐθελῆσαι ἀνακινδυνεύ-
 5 ειν συμβάλλοντας. ἐνταῦθα ὡς οἱ πρῶτοι αὐτῶν τοῦ στρα-
 τεύματος οὐκ ἀνέμεινον τοὺς οὐραγούς, ὥστε ἐπὶ μέτωπον
 γενέσθαι τὸ στράτευμα, ἀλλ' ἐπὶ βάθος πορευόμενοι βάδην
 [ἐποιοῦντο] ἐπῆγον ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Σκύθαι δὲ ἐνταῦθα
 ἐπέκειντο τοῖς πρώτοις αὐτῶν, ὡς τούτοις μαχόμενοι. ἐτρέ-
 10 ψαντο αὐτίκα ἐπιτιθέμενοι, καὶ ἐδίωκον, ὡς ποδῶν εἶχεν ἕκα-
 στος. ἐνταῦθα ἐπέπιπτον ἐς τοὺς σφειτέρους αὐτῶν, καὶ ἔτρεπον B
 καὶ τούτους ἐς φυγὴν, καὶ οὕτως ἄχρι τῶν οὐραγῶν ἐγένοντο.
 τρεψάμενοι δὲ ἅπαν τὸ στράτευμα ἐς φυγὴν ἐφόρευον, οὐδε-
 νὸς φειδόμενοι, πάντα ὄν ἐπικαταλαμβάνοιεν κατακαίοντες, ἐς
 15 ὃ δὴ ἐς τὴν πόλιν διεσώζοντο ὥστε μὴ ἀπολέσθαι. οὕτω δὴ
 ἀπαλλαχθέντες τοῦ πρὸς Σκύθας τοὺς ἐν τῷ Βοσπόρῳ νομά-
 δας, κατέπλεον ἐς Βυζάντιον. ἀφικομένοι ἐς Γαλατίνην πόλιν
 τὴν καταντικρὺ Βυζαντίου ἐν τῇ Εὐρώπῃ, καὶ κοινῇ βουλευ-
 σάμενοι ὄν τρόπον τὴν πόλιν μαχόμενοι ἐξέλωσι, τὰς τε ναῦς
 20 ἐπλήρωσαν, καὶ ἐξοπλισάμενοι κατὰ τὸν Βυζαντίου λιμένα
 προσέφερον τὰς ναῦς ἐπὶ τὸ τεῖχος ὡς ἀπὸ τῶν νεῶν τὴν C
 πόλιν αἰρήσοντες. οἱ μὲν οὖν Βυζάντιοι παρεσκευάζοντο

6. ἀνέμενον?

arma arripiunt. nam praeterita die affusi fluvio cuidam in ea regione castra posuerant, nec solitas ordinarant vigiliis. putabant enim Scythas nunquam eo audaciae progressuros, ut secum ex acie dimicare sustinerent. ibi igitur cum primi non expectassent eos qui agminis postremi erant, ut in unum et in iustam aciem collecti praelium inirent, verum pedetentim et palantes incedentes pergebant contra hostes, extenuato maximè agmine. Scythae igitur, ubi compererunt hostes appropinquare, confestim eis obviam progrediuntur, agminisque incompositi primos aggressi fuderunt et in fugam coniecerunt. fugientes acerrime persecuti sunt. Ianuenses fuga ad suos delati etiam eos fugae socios traxerunt. tandem praelium ad extremos venit, quos terga dare coactos ceciderunt impigre, nulli quemcunque nacti erant parcentes. pauci quidam fuga evasere incolumes in urbem. liberati igitur bello quod gessere parum feliciter cum Scythis in Bosporo habitantibus, navigarunt versus Byzantium, veneruntque Galatiam (quae et Pera) urbem, quae sita est e regione Byzantii in Europa. ibi consularunt communiter quomodo Byzantium occupare possent. militibus naves complent, et reliqua armamenta expediunt, navesque ad murum iuxta portum appellunt, quasi navibus urbem

ἀμυννόμενοι, καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους ἐμάχοντο πρὸς τοὺς Ἰαννίους
 ἀξίως λόγου· καὶ ὡς προσέβαλον τῷ τείχει ἀπὸ τῶν νεῶν καὶ
 ἐπειρῶντο ἐλεῖν, οὐκ ἠδύναντο ἐπιβῆναι τοῦ τείχους, ἀμυνομέ-
 νων τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὸ καρτερόν. ἐνταῦθα, ὡς οὐδὲν αὐτοῖς
 προεχώρει, διέστησάν τε καὶ ἀπέπλεον ἐπὶ Ἰταλίας. ἡ μέντοι 5
 πόλις τῶν Ἰαννίων ἢ Γαλατίη ἐπολέμει ἐπὶ συχρὸν τινα χρόνον
 τῷ Βυζαντίῳ, καὶ τηλεβόλους ἐξ ἀλλήλων οἱ τε Ἕλληνες καὶ
 οἱ ἐκ τοῦ Γαλάτου ἐνέβαλον, ὁπότε καὶ ὁ Λεοντάρης Ἰωάννης
 D τῷ τείχει τῆς Γαλατίας σφοδρῶς ἐπεισπεσῶν ἀπέκλεισε ταύ-
 την, στερηθεῖσαν παντὸς τροφίμου καὶ τῶν ἄλλων. καὶ πολ- 10
 V. 119 λούς τῶν ἀπὸ τῶν νηῶν τῶν Ἰαννίων ἐπιδραμῶν οὗτος κα-
 τέσχε, καὶ μεθ' ἀλύσεων τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ ὄντι ἐν τῷ οἰκή-
 ματι τοῦ Ξυλλᾶ προσεκόμισεν ὥσει τριακοσίους, προσευρῶν
 τούτους ἐν τῷ χάρακι τοῦ Γαλάτου. μετὰ ταῦτα διαπρεσβευ-
 σάμενοι πρὸς ἀλλήλους περὶ τε τῶν ἔξω ἀμπέλων τοῦ Γαλά- 15
 του καὶ περὶ τῶν κουμερκίων αὐτῶν, ὅπως συγκατατεθῆ ὁ
 βασιλεὺς, συγκατένευσαν οἱ Ἰαννῖοι, ἀποχαρίσαντες καὶ μᾶλ-
 λον τῷ βασιλεῖ χρυσίνους χιλίους φθορᾶς ἕνεκα τοῦ ἐν τῇ
 P. 152 βασιλικῇ πύργου, εἰς ὃν οἱ Ἰαννῖοι τηλεβόλοις ἐχρήσαντο,
 καὶ τῶν ἐργαστηρίων τῶν ἐν τῇ μέσῃ, ἐξ ὧν ἐχαλάσθησαν, 20
 καὶ τὴν σημαίαν αἶρειν τοῦ βασιλέως Ἑλλήνων.

8. τοῦ] τῶν RT

14. τοῦ] τῶν R

expugnaturi. at Byzantii resistebant fortiter, et ex muro in hostem
 pugnabant magna gloria. Ianuenses cum conarentur ex navibus ascen-
 dere in moenia, nihil efficiebant: Byzantii enim hostes magna forti-
 tudine repellebant. cum igitur coepta parum succederent, omnesque
 conatus irriti caderent, in disensionem adducti rediere in Italiam.
 verum Galatia Ianuensium urbs longo tempore bellum gessit cum By-
 zantiis, cum utrinque tam Byzantii quam Galatae bombardis rem ge-
 rerent. at Leontares Ioannes magno impetu in Galatiae moenia ir-
 ruens, eam undique quasi indagine cinctam omni commeatu reliquis-
 que necessariis interclusit; plurimos quoque Ianuenses cepit, cum
 feliciter et fortiter in eorum naves irrumperet. hos victos adduxit
 ad regem Ioannem, qui ea tempestate agebat in Xyllae domicilio.
 fuerunt autem captivi numero trecenti, quos omnes in Galatiae vallo
 nactus erat. postea legatos ultro citroque mittentes super commer-
 ciiis et vineis, quae extra Galatiam erant, Ianuenses grato animo ex-
 cipiebant quaecumque statuisset de illis rex. cogebantur quoque nu-
 merare regi aureos mille propter turrim regiam, quam tempore obsi-
 dionis bombardis disiecerant, necnon propter officinas quae in medio
 positae erant, destructas, ut potiri possent imagine sive signo regis
 Graecorum.

Ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον τοῖς Ἑλλησι προσενήνεκται ἐς
 τοὺς Ἰαννίους· Ἰωάννης μέντοι ὁ τῶν Ἑλλήνων βασιλεὺς
 ἐνταῦθα διαπρεσβευόμενος πρὸς τὸν Ῥωμαίων ἀρχιερέα, Εὐ-
 γένειον τοῦνομα ἔχοντα, ὥστε ἐς ταῦτὸ συνιέναι καὶ τὴν ἐπὶ
 5 τῆς Θρησκείας διαφορὰν συνεξελεῖν, ἐπειρᾶτο τῆς τῶν ἐσπε-
 ρίων γνώμης, εἰ περὶ πολλοῦ Ῥωμαῖοι ποιοῖντο ξυμβῆναι τοῖς
 Ἑλλησιν, ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς Γερμανοὺς ἀφίκετο αὐτῷ ἢ πρε-
 σβεία. ἐτύγχανον δὲ τότε οἱ Γερμανοὶ περὶ Βασιλέαν πόλιν,
 διενεχθέντες γνώμη πρὸς τὸν Εὐγένειον ἀρχιερέα, καὶ ἀποδο-
 10 κιμάζοντες αὐτὸν καθίστασαν αὐτοὶ ἀρχιερέα Φελίκιον τοῦ-
 νομα, ἄνδρα τῶν παρ' αὐτοῖς δοκίμων, ξύνοδόν τε ποιησά-
 μενοι κοινῇ κἀπιδεδειγμένοι. οὗτοι μὲν οὖν ἄμφω πληρώ-
 σαντες τριήρεις μετεπέμποντο ἑκάτεροι ἐπ' αὐτοὺς Ἰωάννην
 τὸν Βυζαντίου βασιλέα, τὴν τε ξύνοδον ἐπὶ σφίσι ποιήσα-
 15 σθαι ἑκάτεροι ἀξιοῦντες, καὶ συνεξελεῖν σφίσι τὰ διάφορα,
 ξυμφθὰ ἀποδεικνυμένους. ὥς δὲ ἀφίκοντο ἀπὸ τῶν ἀρχιε-
 ρέων ἀμφοῖν τριήρεις, τὴν μέντοι ξύνοδον τὸν τῆς Βασιλέας
 πλοῦν ἀπεπέμψατο ἠπίως, φάμενος ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους αὐ-
 τὸν ἐνδεδέσθαι πρότερον καὶ τοὺς τε Οὐνετοὺς καὶ τὴν ἄλ-
 20 λην Ἰταλίαν, ἐνταῦθα αὐτὸν ἰέναι κελεύοντας· παραλαβῶν
 δὲ τοὺς τε Βυζαντίου ἀρχιερεῖς καὶ Ἑλλήνων τοὺς ἐλλογι-
 μους ὄχετο ἀποπλέων ἐπὶ Ἰταλίαν. καὶ ἐς τοὺς Οὐνετοὺς
 ἀφικόμενος ἐκομιζέτο ἐπὶ Φερραρίας, ἧ̄ διατρίβειν τὸν ἀρ-

Bellum inter Byzantios et Ianuenses huiusmodi exitum habuit.
 bello isto finito, Ioannes Graecorum rex legatos ire iubet ad Roma-
 num pontificem Eugenium nomine, petentes ut concilium celebraretur,
 quo inter utrosque religionis contentionem decenter componerent.
 tentabat eo modo Occidentalium animos, num plurimi facerent con-
 cordiam constabiliri cum Graecis in religionis controversia. legati in
 Germaniam venere. ea tempestate Germani Basileae erant congregati,
 dissidentes sententiis contra Eugenium pontificem; quo repro-
 bato crearunt pontificem nomine Felicem, virum inter ipsos in primis
 spectatae probitatis. hunc concilii consensu pontificem declararunt.
 ambo igitur pontifices triremes instruunt, et Ioannem Byzantii regem
 accersebant. uterque enim sub se concilium agitari et religionis con-
 troversiam, quae cum Graecis intercesserat, finiri volebat. cum ab
 utroque venissent triremes, rex quidem benignis verbis et placide
 consilii Basileensis legationem dimittebat, dicens se cum Romanis et
 Venetis et cum reliqua Italia iam ante collocutum, qui omnes se Ro-
 mam proficisci iubeant. assumens itaque Byzantii et sacerdotes et
 Graecorum sapientissimos et doctissimos, navigabat in Italiam. cum

χειρέα Εὐγένειον ἐπυθάνετο· ἐκομίζετο δὲ διὰ τοῦ Ἡριδα-
 νοῦ. διέχει δ' αὕτη ἢ πόλις ἀπὸ τῶν Οὐνετιῶν σταδίου
 περὶ τοὺς τριακοσίους, ἄρχοντας δὲ ἔχει ἄνδρας οἰκίας τῶν
 Ἑσθησιῶν καλουμένους. ἔστι δ' ἢ πόλις αὕτη εὐδαίμων τε
 καὶ πολυάνθρωπος, καὶ περὶ αὐτὴν ῥέει ποταμὸς τοῦνομα 5
 Πάδος. οἰκεῖται δὲ ἢ πόλις ἐς τὴν Ῥωμαίων μοῖραν ἀπο-
 τεταγμένη. ἐγένοντο δ' οὗτοι, οὓς ἐσήμανον ἄρχοντας τῆς
 πόλεως, ὧδε.

Ἄνῆρ δὲ οὗτος ὁ τότε τῆς πόλεως ἄρχων ἐπεικῆς τε
 D καὶ οὐκ ἀσύνητος, ξυμφορὰ δὲ συνεβεβήκει αὐτῷ τοιαύδε. γυνὴ 10
 ἦν αὐτῷ, θυγάτηρ τοῦ Μονφερράτου ἡγεμόνος, τό τε εἶδος
 ἀρίστη καὶ τὸν τρόπον τὸ ἔμπροσθεν οὐκ ἀγενής. αὕτη ἠρά-
 σθη νόθον υἱόος τοῦ ἀνδρός αὐτῆς· ὅς ἐπεὶ τε ἐφοῖτα παρ'
 αὐτὴν ὄψιμος, ἢ νομίζεται ἀπλοϊκώτερον μᾶλλον τοῖς κατὰ
 τὴν Ἰταλίαν οἰκοῦσι, προυκαλεῖτο ἐν παιδιᾷ γενομένη σὺν τῷ 15
 νεανίᾳ ἐπὶ τὸν ἔρωτα. καὶ ὡς ἦσθετο δὴ ἐρωμένην αὐτοῦ,
 ἐσῆει τε αὐτὸν ὁ τῆς γυναικὸς ἔρωτος, καὶ ἐπὶ χρόνον ἐπεμαί-
 νετο τῇ γυναικὶ μητριᾷ οὔσῃ ἑαυτοῦ. τῶν δὲ Θεραπαινίδων
 τις ὡς ἦσθετο τούτων οὕτως ἀλλήλων ἐρώντων καὶ συγγενομέ-
 νων, καταγορεύει τῷ ἑαυτῆς ἐρασιῇ, ᾧ δὴ πάντων ἠρέσκετο 20
 P. 153 ὁ ἡγεμὼν τῆς πόλεως καὶ ἐτίμα μεγάλως. ἐπεὶ τε ἐξέμαθε
 καὶ αὐτὸς αἰσθόμενος, ἐξαγορεύει τῷ δεσπότῃ αὐτοῦ, λέγων

2. ἢ om P

venisset ad Venetos, inde solvens ferebatur Ferrariam, ubi morari pontificem Eugenium acceperat. haec urbs distat ab Venetiis stadiis fere trecentis. duces et principes habet qui sunt de familia Estensium. opibus hominumque multitudine excellit. Pado fluvio alluitur. subiecta est Romano pontifici. duces seu principes, quos modo diximus, accipit.

Vir ille qui tum temporis in urbe rerum summa potiebatur, aequitatis studiosus, nec caetera imprudens erat. huiusmodi autem ei accidit calamitas. uxorem habebat filiam ducis Monferrariae, pulchritudine formaeque elegantia praestantem. mores mulieris, antequam id contigisset, modestia insigni coruscabant. haec insaniebat amore privigni, qui filius ducis erat nothus. qui cum serius ad eam veniret quam moris est eorum qui in Italia lautius vivunt, iuvenem inter ludendum ad amorem provocat. hic intelligens se a muliere amari, et ipse mulieris amore exarsit, et aliquando tempore stupri consuetudinem cum noverca sua habuit. ancilla autem quaedam ut cognovit amorem illorum, amatori suo rem omnem enarrat. is vero duci admodum carus erat, et ab eo honorifice admodum tractabatur. is igitur ubi rem cognovit indicio ancillae, necnon ipse eandem ex-

“ὦ δέσποτα, ἐμοὶ μέντοι κατὰ γῆς εἶθε ἂν γένοιτο καταδύ-
 ναι μᾶλλον ἢ ὄραῖν τοιαῦτα ἐν τῷ σῷ οἴκῳ ἀθέμιτα γινόμενα
 πράγματα. τὴν γὰρ τοι δέσποιναν ἐμοὶ ἐθεασάμην σὺν τῷ V. 120
 παιδί νόθῳ μίσγεσθαι ἐν φιλότῃ, ἄθεσμα ἐργαζομένους.
 5 ποίει τε ὅπως ἐξαπαλλαγῆς ταύτης τῆς γυναικός, μηκέτι αὐτῇ
 συνοικίης. ἀλλ’ ἀπόπεμψον καὶ τὸν νεανίαν.” ὁ δὲ ὡς ἐπύ-
 θετο, ἐν θαύματι μὲν ἔχειτο ἐπὶ τῷ γεγονότι, ἰμείρετο δὲ
 ὅτιω τρόπῳ ἰδὼν ἐξαγορεύει τὸ γεγονός, καὶ αὐτὸς ἔφη ἐθέ-
 λειν θεάσασθαι καὶ αὐτόπτης γενέσθαι. ἐνταῦθα ἐπὶ τὴν
 10 κοίτην ἄνωθεν ὀπὴν ποιησάμενος βραχεῖαν, ὥστε μὴ αἰσθά- B
 νεσθαι ἐκείνους τῆς ὀπῆς, ἐθεᾶτο ἄνωθεν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ
 μισγομένην τῷ παιδί αὐτοῦ ἐν τῇ κοίτῃ. ὡς δὲ κατεῖδέ τε
 καὶ ἐξέμαθε τὸ γεγονός, μεταπέμπεται πρῶτα μὲν τὴν γυ-
 ναῖκα. ἐπεὶ δὲ παρῆν, ἔλεγε τοιάδε “ὦ γύναι, ποῖός σε δαί-
 15 μων ἐς τοῦτο μανίας συνέλασεν ὥστε παιδί τῷ ἐμῷ συγγενέ-
 σθαι ἀνοσιώτατα πασῶν δὴ γυναικῶν ὧν ἴσμεν ἡμεῖς; καὶ
 πῶς οἶει τοῦτο καλῶς ἔχειν ἐμοί τε καὶ σοὶ ἐς τὸν γάμον;” ἡ
 δὲ ὑπολαβοῦσα ἔφη “ἀλλ’ ὅπως ὦ δέσποτα τοιαῦτα εἰργασά-
 μην τὸν σὸν γάμον, οὐκέτι εἰμὶ ἐξαρνος, ἀλλ’ εἶναι ἀληθῆ
 20 ταῦτα ὁμολογῶ. μόνη δὲ τούτου ἐγὼ αἰτία κατέστην, αὐτὴ
 τε ἀνοσιώτατα ἔργα ἐς νοῦν τιθεμένη, ὑπὸ ἀνάγκης μείζονος C
 προαχθεῖσα, οὐκ οἶδ’ ὅπως ἐς τοῦτο γενομένη, καὶ τὸν νεα-
 νίαν ἄκοντα ἐφελκόμενη ἐς τὸν ἀνοσιώτατον ἔρωτα. καὶ αὐτὴ
 μὲν δικαίως ἂν τὴν δίκην ὑπέχοιμι, δέομαι δὲ σου μὴ περὶ

plorasset, accedit dominum, inquires “o domine, mihi contingat magis
 terrae hiatu contegi quam ut diutius cernam in aedibus tuis adeo nefan-
 da scelera committi. nam uxorem tuam rem habere cum filio tuo notho,
 impiissima perpetrantes, vidi. proinde da operam ab ista muliere libe-
 reris, nec amplius cum ipsa converseris. filium quoque fac aliquo ab-
 leges.” his auditis dux obstupuit. deinde percunctatus est quomodo rem
 istam cognovisset. dixit quoque se velle eam rem explorare, et prae-
 sentem rei illius fore spectatorem. faciens itaque supra lectum for-
 men haud perinde magnum, ne deprehenderetur ab amantibus, per
 id spectabat filium suum nothum concumbere cum uxore in lecto.
 descendens igitur ambos opprimit inopinato, et uxorem in hunc mo-
 dum alloquitur “o mulier, quis daemon eo dementiae te adegit, ut
 commiscereris turpiter filio meo, impiissima omnium quas novimus?
 qua ratione id nostro matrimonio honestum fore arbitrata es?” quae
 respondens ait “quod talia fecerim, domine, matrimonii fidem violans,
 non eo infitias: verum culpam agnosco, eiusque rei impiae ego sola
 caput et origo sum. ego scelerata opera animo concipiens, vi maiore
 coacta, nescio quo modo ad istam impietatem concesserim, et adole-

τὸν νεανίαν ἀνήκεστα βουλείσασθαι, οἷδαμῃ τοίτου αἴτιον ὄντα." ἐνταῦθα τὸν παῖδα μετὰ ταῦτα αὐτίκα μεταπεμφάμενος ἐπήρθετο εἰ δίκαιά ἐστιν αἷτα ἐπ' αὐτοφώρῃ ἑάλω ποιῶν, καὶ ὡς οὐκ εἶχεν ἀρνεῖσθαι ἐκπλαγέντα, συγγνώμην ζητῶν ἐπετράπειτο. εἶπετο δὲ τῷ νεανίᾳ καὶ ἄνθρωπος ὃς συνῆδει 5 τε αὐτοῖς τὸν ἔρωτα καὶ συνηπίστατο, καὶ ὑπονοργῶν διε-
 D τέλει ἀμφοῖν· μῖμος δ' ἦν, ὃς τὴν τε ἀρχὴν τῷ νεανίᾳ ὠτρυνεν ἐπὶ τὸν ἔρωτα. καὶ τοῦτον καλέσας ἤρθετο ὁ δεσπό-
 της πόθην τοσοῦτον ἔργον ἑαυτὸν πεποιηκῶς εἶη ἀνοσιώτατον. ὁ δὲ ἔλεγεν "ὅτι τὴν ἐρωμένην τοῦ σοῦ παιδὸς ἐλόμειος συν- 10
 εγένου· διὰ ταῦτα σὺν δίκῃ ἐποίησέ τε τοιαῦτα." ὁ γὰρ
 τοι παῖς αὐτοῦ ἦρα γυναικὸς ἐν τῇ πόλει, οὐ μέντοι συνεγένετο τῇ γυναικὶ ταύτῃ· καὶ ἐπεῖτε ἐπνιθάνετο καλλίστην εἶναι ὁ πατήρ, ὕστερον ἐβιάσατό τε καὶ συνεγένετο. τὴν αἰ-
 τίαν ὁ μῖμος τὸν τε νεανίαν ἐπὶ τὸν ἔρωτα τῆς γυναικὸς 15
 ἐκείνης προετρέψατο. ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἕκαστα ἐπύθετο,
 ἐκέλευσε τὴν κεφαλὴν τοῦ παιδὸς ἀποταμομένους μετὰ ταῦτα
 P. 154 αὐτίκα καὶ τῆς γυναικὸς ἀποταμεῖν, καὶ ὕστερον τοῦ μίμου.
 τοιαύτῃ μὲν τύχῃ ὁ τῆς πόλεως ἀρχὼν περιπεσὼν συμφορᾷ τε
 ἐχρῆτο, καὶ οὐ πολλῶ ὕστερον ἔγημε θυγατέρα τοῦ Λιγύρων 20
 τυράννου, καὶ παιδιᾶ ἀνείς ἑαυτὸν τὰ πολλὰ παρεμυθεῖτο τὴν
 τύχην.

15. τὴν] διὰ ταύτην τὴν?

scntem invitum in istud nefarium opus traxerim. merito igitur ego poenas pendo. rogo tamen, in adolescentem, cuius nulla culpa est, ne saevire velis." deinde filium vocavit, interrogans an iusta haec sint quae fecerit in ipso opere deprehensus. adolescens attonitus cum negare non posset, ad petendam veniam convertebatur. secutus est vir amoris istius nefandi conscius, qui utrique operam, ut cupitis potirentur, locaverat indefessam. erat autem mimus, qui ab initio adolescentem in istum amorem impulerat. et hunc accersens interrogabat dominus "quid causae fuit quare adeo impium in me patraris facinus?" hic respondit "quia tu rapuisti amicam filii tui, et cum ea concubuisti, quapropter merito ista contingere tuo." nam ducis filius amabat mulierem eius urbis, necdum tamen cum ea coierat. pater igitur cum intellexisset eam esse forma praeditam supra modum venusta, vi eam opprimens, Veneris gaudium ei abstulit. mimus igitur huius amoris causam omnem in istud facinus reiciebat. haec sigillatim cum audisset, adolescentem, deinde mulierem, postremo mimum capite truncari iussit. haec est calamitas, quae Ferrariae principem ea tempestate oppresserat, nec multo post Ligurum principis filiam uxorem duxit; et missis seriis, plerumque iocis se tradens, fortunam adversam levabat.

Ὁ μὲντοι Ἑλλήνων βασιλεὺς ὡς παρῆν ἐν Φερραρίᾳ παρὰ τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα, ὃς αὐτοῦ τότε διατρίβων εἰτύγγα-
 ρεν ἀπὸ Ῥώμης ἀφικόμενος (Οὐνετιὸς γὰρ ἦν καὶ τῆς πατρί-
 5 ρδος), ἐδεῖτο τιμωρεῖν αὐτῇ ἐς τὴν πρὸς Γερμανοὺς διαφο-
 ρορᾶν, ἐς διάλεξιν τε κατέστησαν πολυπραγμονοῦντες τὴν δια-
 φορᾶν, ὅποι ἔχει ἄμεινον κείσθαι αὐτοῖς ἀμφοῖν. ἐντεῦθεν
 δὲ ἀπαλλαττόμενοι ἀφίκοντο ἐς Φλωρεντίαν τὴν Τυρρηνῶν
 μητρόπολιν, πόλιν μεγάλην τε καὶ εὐδαίμονα καὶ καλλίστην
 τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων.

10 Ἡ δὲ Τυρρηνία ἀρχεται μὲν ἀπὸ Περούζης πόλεως, καὶ Β
 ἀπειρόγουσα ἐν δεξιᾷ πόλιν εὐδαίμονα Βοιωτίαν διήκει ἐπὶ
 τὴν Λούκην. ἔστι δὲ ἡ τε Λούκη καὶ τὸ Περούζιον πόλεις
 αὐτόιομοι, ἐς δημοκρατίαν ἀποκλίνουσαι. ἡ δὲ Φλωρεντία
 πόλις ἐστὶν ὀλβιωτάτη μετὰ γε τὴν Οὐνετιῶν πόλιν, ἐπὶ ἐμ- V. 121
 15 πορίαν ἅμα καὶ γεωργοὺς παρεχομένη τοὺς ἀστούς. συνέσει
 δὲ τῶν ἄλλων δοκοῦσιν οὗτοι προέχειν, καὶ διαπράττεσθαι
 ἄμεινον, ἐς ὃ τι ἂν γένοιτο οἱ τῆσδε τῆς πόλεως ἄνδρες.
 εἰθύνονται δὲ κατὰ τάδε. βουλή ἐστὶν αὐτοῖς ἐς πεντακο-
 20 σίους, περὶ τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων τὴν ψῆφον τιθεμένη,
 καὶ περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης καὶ πρεσβειῶν χρηματίζουσα
 σφίσι. καὶ ἄνδρες δύο πάρεστον αὐτοῖς ἐπήλυδες, οὓς με- C
 ταπέμπεται ἡ πολιτεία, τιμῶντες. τὸν μὲν δικαστὴν ἐφιστᾶ-
 σιν αὐτῇ τῶν ἐγκλημάτων τῆς πόλεως, τὸν δὲ ἐς τὸ τὰς ἄλ-

2. ὡς P

Rex Graecorum cum venisset Ferrariam ad Romanum pontificem
 Eugenium Quartum, qui ibi versabatur, cum eo ab urbe Roma esset
 profectus (erat enim Venetus), precibus fatigatur a pontifice, ut se
 iuvaret in contentione, quae intervenisset sibi cum Germanis. et cum
 in colloquium venissent, plurima de contentione illa disseruerunt,
 rationem ineuntes qua utrique res pulchrius et felicius succederent.
 hinc profecti venerunt Florentiam Tyrrenorum (sive Hetruriae) metro-
 polim, urbem magnam et opulentam, quae pulchritudine omnes Ita-
 liae urbes exuperat.

Tyrrenia (quae et Hetruria) incipit ab urbe Perusio, et dextra
 tenens Bononiam urbem opulentam, pertingit usque Lucam. Luca
 autem et Perusium sunt civitates liberae, et in democratiam versae
 reguntur. Florentia, extra Venetorum urbem, Italiae urbs opulentis-
 sima est, civesque ad agriculturam et mercaturam extrudit. hi intel-
 ligentia reliquos excellere videntur; optimeque efficitur quicquid viri
 isti fuerint aggressi. res publica hoc modo administratur. est in ea
 consilium quingentorum virorum, qui de civitatis rebus consultant,
 de bello, de pace, de legalis sententiam ferentes. habent viros duos

λας δίκας δικάζειν [τῆς πόλεως] αὐτὸν ἀμφὶ τὴν τῆς πόλεως
 ἄλλην διοίκησιν ἔχουσιν. ἐπήλυδας δὲ οὗτοι ἐπάγονται τοὺς
 ἄνδρας αὐτοῦς, ὡς ἂν μὴ πολῖται οἶτε δικάζοντες δίκην τινὰ
 ἐπὶ θάτερα ταλαντεύοιτο. αἰροῦνται δὲ ἄρχοντας τῶν πρα-
 γμάτων τῆς πόλεως καὶ σημαιοφόρον παρ' αὐτοῖς καλούμενον, 5
 τριμηνιαίους τὴν ἀρχὴν, ἐς οὓς τὰ πράγματα τῆς πόλεως τὰ
 τε χρήματα καὶ ἡ πρόσοδος ἀναφέρεται. καὶ ἐπειδὴν τινες
 πόλεμον φέροντες ἢ εἰρήνην ἀνηέχθη ἐς αὐτοῦς, οὗτοι αὖ
 ἐπὶ τὴν πεντακοσίων βουλὴν. τοὺς δὲ ἄρχοντας αἰροῦνται
 ἀπὸ τοῦ δήμου, δημότας τε ὄντας καὶ τεχνῶν τινῶν ἐπιστά- 10
 τας. ἔξεσι δὲ καὶ ὀτινοῦν ξένῳ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει γενέσθαι
 πολίτῃ, ξυνεισφέροντι ἐς τὴν πόλιν καθὰ νομιζέται αὐτοῖς. ἢ
 μέντοι βουλὴ ἐπειδὴν τινι ψήφῳ προσκέοιτο, τοῖς τε ἄρχου-
 σιν ἐπιτρέπει διαπράττεσθαι ὡς κάλλιστά τε καὶ ἄριστα. ἐς
 ταῦτό δὴ τὸ τῆς πολιτείας εἶδος τετραμμέναι εἰσὶ σχεδὸν τι 15
 σύμπασαι αἱ τῆς Τυρροηνίας πόλεις, τὸ τε Περούσιον, ἢ Λούκη
 καὶ τὸ Ἀρέτιον καὶ αἱ Σῆναι πόλεις.

Ἐνταῦθα δὴ ἀφιγμένοι οἱ Ἕλληνες σὺν τῷ ἀρχιερεῖ πο-
 λυπραγμονοῦντες μὲν ἐπὶ τινα χρόνον τὴν τῆς θρησκείας δια-
 φοράν, ὅπῃ τε ἔχει ἄμεινον εἰρηῆσθαι αὐτοῖς, καὶ τελευτῶντες 20
 P. 155 ξυνέβησαν ἐς τὸ αὐτό, ξυνηθὰ ἀποφηνάμενοι ἀμφοτέροι σφίσι
 τὰ διάφορα, ὡς τῇ γνώμῃ ἐς ταῦτό ἄμφω τῇ γένει ἴοντες,

1. αὐτοὶ δ' ἀμφί? 3. οἱ τε] ὄντες? 22. τὼ γένει?

peregrinos, quos accersentes plurimum venerantur. unum criminum
 capitalium iudicem constituunt, alterum reliquas urbis controversias
 iudicare iubent. cives autem reliqua rei publicae munia obeunt. pe-
 regrinos autem propterea adsciscunt, ne cives favore aut odio addu-
 cti in alterutram partem ius dicentes abducerentur. ducem seu prin-
 cipem rei publicae creant, quem signiferum nuncupant; qui trimestre
 tempus magistratum gerit; ad quem universae civitatis reditus et
 tributa referuntur. si qui hunc adeunt, pacem aut bellum afferentes,
 statim deducuntur ad quingentorum consilium. magistratus legunt
 de populo populares et quorundam artificiorum praesides. licet cuilibet
 eius urbis fieri civi, si statutum pretium intulerit. consilium illud
 si quid decreverit, id ut executionem sortiatur ducibus mandant. haec
 rei publicae forma pene omnium Tyrrheniae urbium est. nam iuxta
 hanc gubernantur Perusium, Luca, Aretium et Senae.

Huc cum pervenissent Graeci, multa diu egere cum pontifice in
 religionis negotio, volentes id ad optimum deducere finem. postre-
 mo eo ventum est ut inter se consentirent et concordiam inter se
 conglutinant. itaque in hanc sententiam euntes decreverunt in
 posterum nihil in religionis negotio innovare. et ut ista rata mane-

μηδεμίαν βούλεσθαι σφίσι καινοτομίαν αὐτοῖς. καὶ ἐξέφερον
 τοῦτο γράμμασι, καὶ ἐς τοὺς ἀγίους ἐπιμαρτυροῦμενοι μηδέτερον
 νεωτερίζειν πρὸς τὴν θρησκείαν. ἐντεῦθεν ἐπιλεξάμενος ὁ τῶν
 Ῥωμαίων ἀρχιερεὺς ἄνδρες δύο τῶν Ἑλλήνων εὐδοκιμοτάτω
 5 ᾤκειώσατό οἱ, ἀνακτιώμενος τὰ μάλιστα ἀξίως τε τῆς παρ'
 ἑαυτῷ τιμῆς τῆς μεγίστης, καρδιάλεις τε ἀπέδειξεν, οἷα τῆς
 θρησκείας ἡγεμόνε. τούτους γὰρ δὴ ἐς τὴν παρ' ἑαυτῷ ἐγγυ-
 τάτω χώραν ἰδρυμένους, ἀμφὶ τοὺς τριάκοντα, ἑταίρους τε
 αὐτῷ ἐπάγειται καὶ συμβούλους, παρεχόμενός τε πρόσοδον B
 10 ἰκανὴν καὶ χώραν ἀφ' ἧς ἂν αὐτοῖς προσίοι χρήματα, τῷ
 μὲν πλέω τῷ δὲ ἐλάττω, ἀξιῶν ὡς ἔχει τε ἐκάστῳ καὶ χώ-
 ρας. ἐς τούτους δὴ ἀπολεξάμενος ἄνδρας δύο τῶν Ἑλλήνων,
 Βησσαρίωνα τὸν ἀπὸ Τραπεζοῦντος, Νικαίας ἀρχιερέα, καὶ
 Ἰσίδωρον τὸν Σαρματίας ἀρχιερέα, ὑπουργῶ τε ἔσχεν αὐτῷ
 15 καὶ συνεργῶ ἐς τὴν πρὸς τοὺς Ἑλληνας διάλυσιν τῆς διαφο-
 ρᾶς. περὶ μὲν οὖν Βησσαρίωνος τοσόνδε ἐπιστάμενος μνή-
 μην ποιήσομαι, ὡς ξυνέσει τε τῇ ἀπὸ φύσεως, πολλῶν δὴ
 τῶν ἐς τοῦτο εὐδοκιμούντων Ἑλλήνων, μακροῦ γενόμενος, καὶ
 κρίνειν τε ἐφ' ὃ τι ἂν γένοιτο κράτιστος δοκῶν γενέσθαι, τὰ
 20 δὲ ἐς σοφίαν τὴν Ἑλλήνων τε καὶ Ῥωμαίων οὐδενὸς δεύτε- C
 ρος. τοῦτον δὴ ἀγασθέντα τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα Νικόλεω
 τὸν μετὰ ταῦτα ἐπιτρέψαι τῆς Βονωνίας πόλιν εὐδαίμονα

17. τῇ] τὴν P

rent, scriptis et sanctorum obtestatione sanxerunt se deinceps una-
 nimes in religionis negotio fore. hinc Romanus pontifex allegit in
 Cardinalium ordinem (qui primus apud pontificem est) viros duos
 Graecorum nobilissimos, eosque sibi familiaritate iunxit. vocantur
 enim Cardinales quasi religionis duces et antistites. hos enim ho-
 nore sibi proximos triginta eligit pontifex, iisque sociis et consiliariis
 utitur. suppeditat his reditus sufficientes, assignans iisdem regiones,
 unde opes sufficientes accipiant. hic quidem minores, alius maiores
 acquirit opes, secundum regiones quas singuli sortiuntur. in horum
 igitur album rettulit pontifex viros duos Graecorum, Bessarionem
 Trapezuntium, Nicaeae episcopum, et Isidorum Sarmatiae (quae et
 Russia) episcopum. nam horum opera plurimum adiutus est in con-
 cordia cum Graecis ineunda. de Bessarione quae accepi, diligenter
 annotabo. Bessarion tanto erat instructus a natura intellectu, ut
 praestantissimos Graecorum non dico aequaret, verum superaret. iu-
 dicio in re qualibet plurimum pollebat. Graecarum Latinarumque
 literarum tanta peritia huic viro inerat, ut facile eruditionis palmam
 inter omnes caperet. Nicolaus, qui Eugenio successit, virum hunc
 coluit plurimum. quapropter Bononiae urbi opulentae eum praefer-

ἐπιτροπεύειν αὐτῷ· ἐν ταύτῃ τε, τῆς πόλεως ἐν οἰάσει ὡς τὰ
πολλὰ γενομένης καὶ τῶν στασιωτῶν ἐπὶ διαφορὰν σφίσιν ἀφι-
κνουμένων, δαιμονίον τινα τῶν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἐπιφανῆσαι.

V. 122 ἔστι δ' ἡ πόλις αὕτη ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν πόλεσιν εὐδαι-
μων τε καὶ πλούτιον καὶ τῆς ἄλλης εὐδαιμονίας οὐ πολλῶν τῶν 5
πρώτων λειπομένη πόλεων, κεκόσμηται δὲ καὶ ἐς τὴν τῶν λό-
γων ἄσκησιν, ἐς τὰ πρῶτα ἀνήκουσα Ἰταλίας. τὸν δὲ Ἰσί-
δωρον ἐλλόγιμόν τε ὄντα καὶ φιλόπατριον, ἀλόγια τε ἴσπερον
D ἐν Βυζαντίῳ ὑπὸ βαρβάρων, ἐπαμύνοντα τῇ πατρίδι. τοῦτω
δὲ ὡς ἀξιώσει τε παρὰ τοῖς Ἕλλησι δοκοῦντε προέχειν καὶ 10
συμπράξειν αὐτῷ τὰ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ἐπιλεξάμενος ὁ τότε
Εὐγένειος ἀρχιερεὺς ξυνέβη ἐς ταῦτό τοις Ἕλλησι· καὶ ἐπι-
κουρίας τε δεομένῳ τῷ Ἑλλήνων βασιλεῖ, ὅσα ἐς φυλακὴν τῆς
πόλεως παρεχόμενον, ὑπέσχετο τοῦ λοιποῦ μελήσειν αὐτῷ
ἰκανῶς τῆς βασιλείας αὐτοῦ καὶ τῶν Ἑλλήνων, καὶ τοὺς 15
Παίονας καὶ Γερμανοὺς ἐπὶ Τούρκους ἀναγνώσαντα στρα-
τεῦσθαι μὴ ἀνεῖναι ποτε ἐποικρύνοντα ἐς τοῦτο αὐτοῖς, ὥστε
ἀγαθὸν ἡδεσθαι τοῖς τε Ἕλλησι καὶ τοῖς ἄλλοις.

Ταῦτα ὑποδεξαμένου τοῦ ἀρχιερέως ἐκομίζετο ἐπὶ τὴν
βασιλείαν Βυζαντίου μετὰ ταῦτα ὁ τῶν Ἑλλήνων βασιλεὺς. 20
P. 156 οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες ὡς ἐπ' οἴκου ἐγένοντο, οὐκέτι ἔφασαν
ἐμμένειν τοῖς ὠμολογημένοις, ἀλλὰ τούναντίον κατέστη μη-
κέτι βουλομένοις συντίθεσθαι τοῖς Ῥωμαίοις· ὁ μὲντοι ἀρ-

16. ἀναγνώσονται P

cit, ut eam tutaretur. cum autem ea urbs usque seditionum procel-
lis iactaretur, et seditiosi usque inter se contendere non cessarent,
plane inter istos tumultus vir ille divinus apparuit. urbs ista opi-
bus et reliqua felicitate nihil cedit vel praecipuis Italiae oppidis:
literarum studio praestantissimis Italiae urbibus connumeratur. Isi-
dorum virum prudentem patriaeque amantem, cum Byzantii pro pa-
tria pugnaret, a barbaris captum esse constat. pontifex Eugenius
hunc virum, cum eius auctoritas maxima apud Graecos haberetur,
elegit, putans eum rebus suis plurimum momenti allaturum in con-
cordia cum Graecis iungenda; quod et evenit. rex Graecorum cum
praesidium ad retinendum Byzantium peteret, pontifex respondit pro-
mittens, sibi in posterum et regnum illud Graecosque curae fore;
praeterea se non cessaturum Pannones et Germanos incitare ut arma
contra Turcos capiant, quatenus Graecis et aliis bonum videatur.

His ita compositis rex Byzantium proficiscitur. Graeci domum
reversi non amplius his quae convenerant in Italia, stare voluerunt:
verum apprehendentes sententiam diversam, noluerunt amplius in re-
ligionis negotio adhaerere Romanis. hinc motus pontifex Romanus

χιερὺς καὶ σοφῶν τινὰς ἐπεπόμφει ἐπὶ τὸ Βυζάντιον παρὰ
 τοὺς Ἕλληνας, ἐς διάλεξιν ἀφιζομένους τοῖς τῶν Ἑλλήνων
 σοφοῖς, οἳ οὐ προσίεντο τὴν γενομένην σφίσι ζύνοδον κατὰ
 τὴν Ἰταλίαν, Μάρκῳ τε τῷ Ἐφέσου ἀρχιερεῖ, οὐδὲ τὴν ἀρ-
 5 χὴν τιθεμένῳ τῷ τῶν Λατίνων δόγματι τὸ παράπαν, καὶ
 Σχολαρίῳ τῷ τότε πικρῷ Ἕλλησι τὰ ἐς σοφίαν εὐδοκιμοῦντι.
 οὐ μέντοι ἠνύειο αὐτοῖς οὐδὲν ἐς λόγων ἀμιλλαν ἀφικνουμέ-
 νοις, ἀλλ' ἀπεχώρουν ἄπρακτοι ἐπὶ Ἰταλίας. B

Ὁ δὲ Εὐγένιος οὐ πολλῷ ὕστερον ἀρίκετο ἐς Ῥώμην,
 10 συμβαλλομένων αὐτῷ τῶν Οὐνετιῶν, γερομένων τότε τῷ πο-
 λέμῳ ἄμεινον πρὸς τὸν Αἰγυπτίας τύραννον. οἳ γὰρ Οὐνε-
 τοὶ ἐπαγόμενοι στρατηγὸν σφίσιν ἄνδρα Αἴγυρα, Καρμανιό-
 λαν τοῦνομα, κηδεστὴν γενόμενον τοῦ Αἰγύρων τυράννου, τό-
 τε στρατεύμα ἐπέτρεψαν αὐτῷ· καὶ ὅς παραλαβὼν τό τε
 15 στρατεύμα καὶ τὰς ναῦς, ὅσας ἤξιον πληρῶσαι αὐτῷ τοὺς
 Οὐνετιοὺς, ἐστρατεύετο περὶ τε καὶ διὰ τοῦ Ἡριδανοῦ, ἔχων
 ναῦς ἐξωπλισμένας ἐς τὰς ἐπάλξεις ξυλίνας ἀμφὶ τὰς ἐβδο-
 μήκοντα, ἐπὶ τὸν Μεδιολάνου ἡγεμόνα τὸν Φίλιππον. ὑπὴν
 δὲ ἐκείνῳ στρατηγὸς Νικόλεως ὁ Βραχὺς ἐπέκλην, ἀνὴρ τὰ C
 20 πολέμια ἀγαθὸς καὶ ἐς τὰ πρῶτα ἀνήκων τοῦ πολέμου. καὶ
 πρῶτα μὲν ἐφέροντο οἱ Οὐνετοιὶ ἐς τὸν πόλεμον ἐπὶ πολὺν
 χρόνον τινά, ἔστε τὴν λίμνην τῆς φυλακῆς διαπολεμοῦντες

viros quosdam doctos Byzantium ad Graecos misit, ut cum his in colloquium venirent; qui quidem synodum et concordiam in Italia factam non admittebant. nam Marcus Ephesi episcopus et Scholarius Graecorum doctissimus, ne ab initio quidem Latinorum dogmati consensum praestare voluerunt. ubi ad colloquium et ad disputationem ventum est, Romani nihil efficere potuerunt, verum re infecta domum reversi sunt.

Eugenius haud multo post Romam rediit, adiutus a Venetis, qui ea tempestate admodum feliciter bellum gerebant cum Ligurum tyranno. nam Veneti belli ducem crearunt virum patria Ligurem, qui antea fuerat amicus et affinis Ligurum tyranni. nomen ducis Carminiola fuit; eique exercitum commiserunt. qui ut exercitum accepit et naves tot quot militibus implere Venetos iusserat, itinere pedestri et per Eridanum proficiscebatur, habens naves ligneis propugnaculis et turribus pulcre instructas, quae numero erant septuaginta. his copiis munitus pergebat contra Mediolani tyrannum nomine Philippum. Carminiolae legatus erat Nicolaus cognomento Brachius, vir militaris rei peritissimus, qui ad summam bellicarum rerum gloriam evaserat. Veneti in eo bello victores tempore longo fuere. prae-
 liabantur diu cum praesidio ad lacus custodiam posito. Nicolaus

ἀλλήλοις. καὶ ἐπὶ Βρίξιαν πόλιν ἐλθόντος Νικόλεω τοῦ Βρα-
 χέος, καὶ πολιορκούντος τὴν πόλιν ὡς ἐξαιρήσοντος, ἀνέστη-
 σαν ἐπὶ συχνὸν τινα χρόνον, καὶ ἐς τοῦτο ἀνάγκης ἐληλυθέ-
 ναι ὥστε καὶ μύας καὶ γαλαῶς ἐδηδοκέσαι καὶ δεινὰ ὑπερυγ-
 κεῖν μὴ ἐνδιδόντας τὸ παράπαν τοὺς Λίγυας. Γουέλφων δὲ 5
 μοῖραν οὖσαν ἐν τῇ πόλει ἀντιστήναι ἐπὶ τοσοῦτον. τὴν γάρ
 τοι Ἰταλίαν σύμπασαν ἐς δύο μοῖρας διακεκρίσθαι ἐπυθό-
 D μεθα, τὴν τε Γουέλφων καὶ Γιβελλίνων. ὅτι μὲν οὖν τρό-
 πῳ καὶ γένος καὶ πόλεις τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἅπανταχῆ ἐς
 δύο τούτω μοῖρας διέστη, ὥστε ἀλλήλαις πολεμίας εἶναι, διε- 10
 νεχθεῖσαι τῇ γνώμῃ διὰ παντός, καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔσχε
 τῆς διαφορᾶς, οὔτε τινὸς ἐπυθόμην ὥστε ἀληθές τι περὶ αὐ-
 τῶν ἐπισημῆναι, οὔτ' αὐτὸς συμβαλλόμενος ἔχοιμ' ἂν λέγειν
 τι ἀσφαλές περὶ αὐτῶν. ἢ μέντοι Λιγύρων χώρα καὶ ἡ τῶν
 V. 123 Ἰαννυίων ἐς τὴν Γιβελλίνων ἀποκέκριται μοῖραν, ἢ δὲ τῶν 15
 Οὐνετιῶν καὶ τῶν Ῥωμαίων καὶ ἡ Μάρκη ἐς τὴν Γουέλφων
 διέστη διαφορὰν. Τυρρηνοὶ μέντοι καὶ ἡ χώρα τῆς βασι-
 λείας, ἐπὶ Ἰαπυγίαν μακρὰν διατείνουσα, ἐπ' ἀμφοτέρω τα-
 λαντεύονται· οἱ μὲν γὰρ τούτων ἐς τὴν Γουέλφων οἱ δὲ ἐς
 P. 157 τὴν Γιβελλίνων ἀποκέκρινται μοῖραν, καὶ ἐν μιᾷ τε καὶ τῇ 20
 αὐτῇ πόλει ἔστιν ἰδεῖν ἄμφω τὸ μοῖρα διεστηκυσία τε καὶ
 μαχομένα ἀλλήλαις. δι' ἃ δὴ καὶ ὡς τὰ πλέω τὴς στάσεις
 λογίζομαι συμβαίνειν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν γίνεσθαι. συνέβη
 δὲ ἐν τούτῳ καὶ τοὺς ἐν Παταβίῳ ἐπαγομένους τοὺς σφῶν

Brachius Brixiam cum exercitu venit, eamque capere nitebatur. ve-
 rum oppidani obsidionem longo tolerarunt tempore; eoque necessi-
 tatis ventum est, ut mures felesque ederent et durissima quaeque
 sustinerent potius quam ut hosti cederent. factio Guelforum, quae
 in urbe erat, adeo fortiter repugnavit. universa Italia in duas fa-
 ctiones divisa est, Guelforum scilicet et Gibellinorum. quomodo
 autem urbes totius Italiae in has factiones abierint, et inter se sem-
 per dissidentes animis pugnent, et unde dissidendi initium exortum
 sit, ex nemine unquam audivi quicquam, ut veri aliquid de iis de-
 terminare possim; nec ipse coniecturam faciens possim quid certi de
 iis tradere. Ligurum et Iauensium regio Gibellinorum factionem
 sectatur, Veneti et Romani, necnon Marchia, Guelfis adhaerent.
 Tyrreni et reginae regio quae ad Iapygiam in longitudinem patet,
 utrisque favet: quidam enim horum in Guelforum, quidam in Gi-
 bellinorum factionem discreti sunt. etiam in una eademque urbe
 utrasque istas factiones inter se dissidentes et pugnantibus cernere est.
 hinc plerumque seditiones Italiam colentibus accidere puto. accidit

ἡγεμόνας, Μαρσίλιον τοῦνομα, οἶκον τῶν Καρραρίων, συντί-
 θεσθαι αὐτῇ παραδοῦναι τὴν πόλιν. ἔστι δὲ αὕτη ἡ πόλις
 μεγάλη τε καὶ εὐδαίμων, ἔχουσα περίβολον ἀμφὶ τοὺς ἐβδο-
 μήκοντα σταδίους. ἦε δὲ διὰ τῆς πόλεως ποταμὸς Βρέντας
 5 τοῦνομα, καὶ τοῦτῃ περιόρτι γενομένη ἐχύρωται ἐς τὰ μά-
 λιστα. τοῦτον ὡς ἐπύγοντο τὸν Μαρσίλιον, συνθέμενοι ἡμέρη
 ἢ αὐτὸν δεοί παρῆναι ἐς τοῦτογον, ἐπιγενέσθαι τε χειμῶνα Β
 μέγιστον, καὶ διακωλύσαι τὸν ἄνδρα παρῆναι ἐς ἣν συνέθετο
 ἡμέραν. ἓνα δὲ τῶν συνειδότεων τὴν προδοσίαν, δεδιότα περὶ
 10 αὐτῇ, μὴ φθάσας ἕτερος καταμηνύσῃ τὴν προδοσίαν, ἀφι-
 κόμενος αὐτὸς ἀναγορεύει τὴν προδοσίαν. οἱ δὲ ὡς ἤοθοντο,
 τὴν τε πόλιν ὠχυρώσαντο φυλακαῖς, ὡς οἶόν τ' ἦν μάλιστα
 αὐτοῖς, καὶ τὸν Μαρσίλιον λοχίσαντες, ἧ ἔμελλε διεξιέναι,
 ἐπιόντα τῇ πόλει ἐλεῖν τε, καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει ἄνδρας, ὡς ἕκα-
 15 τόν που τὸν ἀριθμόν, σὺν γυναιξί τε ἅμα ἀνελεῖν, καὶ αὐτὸν
 Μαρσίλιον διαχρήσασθαι. ταῦτα δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον
 ξυμβαίνοντα Οὐνετιοῖς ἐπέρρωσέ τε μάλλον, καὶ ἐς τὰς στρα-
 τηγίας Καραμανιόλου τὰ πρῶτα μὲν ἐπὶ πολὺ ἐφέροιντο ἄμει-
 νον ἐς τὸν πόλεμον τοῦ Αἰγύρων ἡγεμόνος. μετὰ δὲ ταῦτα C
 20 προδιδόντος τοῦτου, ὡς ἐμηνύθη αὐτοῖς, ἧ λέγεται, ἐάλω τε
 ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐπιβουλεύων τῇ πόλει καὶ ἀπέθανε. τοσόδε
 μέντοι λέγεται ὡς μέλλοντος αὐτοῦ ἐς τὸν χῶρον ἐς ὃν ἔδει
 τελευτῆσαι ἀποβαλόντα τὴν κεφαλὴν, ἐψησφαλισμένῳ τῷ στό-
 ματι ἀφικέσθαι, ὡς ἂν μὴ διαμαρτύρασθαι ἔχοι ἐς τοὺς

interea ut etiam Patavini adducerent suos duces, inter quos erat et
 Marsilius, natus ex familia Carariorum, qui parabat Carminiolae pro-
 dere urbem. est autem ea urbs magna et opulenta, in ambitu con-
 tinens stadia septuaginta. fluvius nomine Brenta eam secat; quo
 cum undique alluatur, munitissima redditur. hunc igitur Marsilium
 cum adduxissent, constituerunt diem ad quem proditio perageretur.
 verum eo die maxima ingruit tempestas, qua inhibitus nequivit ad
 praestitutum comparere diem. quidam proditionis conscius, anxius
 admodum ne aliquis praeveniret et proditionem patefaceret, adve-
 niens ipse proditionis consilia aperit. qui ut rem cognovere, ur-
 bem firmaverunt custodiis; subornarunt quoque insidias Marsilio,
 qua volebat exire ad hostes. accedentem igitur ceperunt una cum
 centum civibus, quos una cum uxoribus necarunt, trucidato etiam
 Marsilio. haec cum sub idem bellum acciderent Venetis, effe-
 ctum est ut duci Carminiolae imperium prorogaretur. at postmo-
 dum cum Carminiola, et in ipso opere esset deprehensus insidias
 urbi struens, interfectus est. dicitur autem, cum duceretur ad sup-
 plicium, in eum locum ubi capite truncandus erat, velato et ob-

παρόντας αὐτῷ τελευτῶντι. μετὰ μὲν οὖν τὴν τελευτὴν τοῦ-
του μετεπέμποντο Φραγκίσκον τὸν Σφορτίαν ἐπίκλην, καὶ
στρατηγὸν ἀποδειξάμενοι ἐνεχείρισαν αὐτῷ τὰ πράγματα ἐς
τὸν πόλεμον. τούτῳ μὲν συνήνεγκε χρηματισαμένῳ ἀπὸ Οὐνε-
νειῶν αὐτῷ ὕστερον οὐ πολλῷ χρόνῳ ἐς τὴν Μεδιολάνου⁵
D ἡγεμονίαν ἐλθεῖν· χρηματίζων δὲ αὐτοῖς ἐς τὰς στρατηγίας
καὶ μέγα εὐδοκιμῶν ἄχρι Λοδίης πόλεως τῆς ἐγγυτάτῳ Με-
διολάνου ἀφίκετο, καταστρεφόμενος τὴν τε Πέργαμον καλου-
μένην χώραν καὶ ἄλλα ἅττα τῆς Λιγυρίας πολιίσματα, τὰ
ἐπέκεινα τοῦ Ἄδα ποταμοῦ. μετὰ δὲ ταῦτα σπονδῶν γενο-
10 μένων ἀμφοῖν, τοῖς τε Οὐνενοιτοῖς καὶ τῷ Μεδιολάνου ἡγε-
μόνι, ἡγάγετο θυγατέρα νόθον τοῦ ἡγεμόνος ἐς γυναῖκα αὐ-
τῷ, καὶ ἐκ μέσου ἀμφοῖν γενόμενος διετέλει ἡσυχίαν ἄγων
πρὸς τε τὸν Νικόλεων πολεμῶν.

Οὗτος μὲν οὖν, ὡς αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο καὶ εἰρήνη ἦν,¹⁵
ἀφίκετο ἐπὶ τὴν Παρθενόπην παρὰ τὸν Ταρρακωνησιῶν βα-
σιλέα, ὡς συστησόμενός τε ἑαυτὸν τῷ βασιλεῖ καὶ ὑπουργή-
σων αὐτῷ, εἴ του δέοιτο ἐς τὸν πρὸς τοὺς Τυρρηνοὺς πόλε-
P.158 μον. ὡς μέντοι αὐτῷ οὐδὲν εὔρατο ἐπιτήδειον, ἐπανήει πα-
ρὰ τὸν Μεδιολάνου ἡγεμόνα. καὶ ὅς οὐ πολὺς χρόνος μετὰ²⁰
ταῦτα ἐτελεύτησεν, ἀνήρ τὰ ἐς στρατηγίαν κράτιστος γενό-
μενος, ἄγειν τε στρατὸν καὶ διαμάχεσθαι. διαβήτην δὲ ἔχων

2. Φράγγισκον P

structo ore incessisse, ne posset compellare et obtestari eos qui ad
spectandum supplicium convenerant. post huius viri obitum voca-
verunt Franciscum Sphortiam cognomine, quem ducem pronuntiantes
ei commiserunt bellum quod gereret cum Liguriae principe. tandem
eo res venit, cum impigre adiuvaretur ab Venetis, ut non multo
tempore interiecto dux Mediolani eligeretur. cum autem Venetorum
esset imperator, plurimumque ob eam rem commendaretur, Lodiam
usque, quae Mediolano proxima est, accessit, Pergami regionem et
alia quaedam oppidula Liguria ultra Adam flumen subigens. deinde
cum bellum inter Venetos et Ligures esset compositum paceque so-
pitem, filiam ducis illegitimam uxorem duxit; et cum quasi medius
esset inter utrosque, cessavit Nicolaum bello persequi.

Is, cum pax convenisset, venit Parthenopen sive Neapolim ad
Tarraconnensium regem, volens eum adiuvare, si opera sua indigeret,
in bello quod parabat inferre Tyrrenis. cum autem nihil isthic in-
venisset suis rebus accommodum, ad Mediolani ducem reversus est.
nec multo post expiravit Nicolaus, cum fuisset belli dux optimus,
ducendi exercitus pugnandique peritissimus. cum autem longo tem-
pore renum dolore fuisset excruciat, tandem mortuus est, relin-

νόσον ἐπὶ πολλὰ ἔτη ἐτελεύτησε, καταλιπὼν ἑαυτοῦ μνησίαν
 τῆς Ἰταλίας ἀπανταχῆ, τὸ γένος γενόμενος Περούσιος. Φραγκί-
 σκος μὲν οὖν, ὡς οὐ πολλῶ ὕστερον ὁ Μεδιολάνου ἡγεμὼν
 ἐτελεύτησε νόσῳ τὸν βίον καταλιπὼν, κατέστη δὴ ἐς διαφο-
 5 ρὰν αὐτίκα τοῖς Οὐνετοις, ὠρμημένος ἐπὶ τὴν τυραννίδα
 Μεδιολάνου. οἱ γὰρ τοι Οὐνετοί, ὡς ἐτελείτησεν ὁ Φίλιπ- V 124
 πος, τοῖς τε Μεδιολάνου συνειθέετο, ἐπὶ ἀριστοκρατίαν πα-
 ρακαλοῦντες τὴν πόλιν, καὶ τιμωροῦντες αὐτῇ ἐς τὴν τῆς πο- B
 λιτείας κατάστασιν. καὶ πη καὶ ἐπὶ χρόνον τινα διωκεῖτο ἡ
 10 πόλις, αἰρουμένη ἀρχὰς τὰς τῶν ἀρίστων σφίσιν ἐνότων τῇ
 πόλει. καὶ ἐστεινομάχει αὐτῇ ὡς ἐπὶ τὴν ἰσονομίαν τετραμ-
 μένη, στρατὸν τε ἐπιπέπουσα. ἡ μὲν οὖν πόλις ἐστὶν ἧ
 ἐχώλευεν ἐπὶ τυραννίδα διώκουσα, καὶ ἐπεκαλοῦντο σφίσιν
 ἡγεμόνα τὸν Φραγκίσκον· οἱ δὲ ἄλλοι ἐναντιοῦντο αὐτοῖς.
 15 οὗτος μὲν οὖν στρατὸν συναγείρας ἤγε σπουδῇ ἐπὶ τοὺς Οὐνε-
 νειτούς, ἧ ἐπυρθάνετο αὐτούς στρατοπεδενομένους. ἐπιὼν δὲ
 σὺν τῷ στρατῷ ἀγχοῦ τῆς πόλεως ὡσεὶ σταδίους ἑκατὸν ἐπο-
 λιόρκει τὴν πόλιν, πραγμάτων τε τὰ πρὸς τὴν τυραννίδα ἐπι-
 λαβόμενος τοὺς ἐπιτηδεῖους αὐτῷ συγκατεργάζεσθαι, καὶ οἷκ C
 20 ἐπιτρέπων τῶν ἐπιτηδεῖων διοῦν εἰσιέναι εἰς τὴν πόλιν,
 ὥστε πιεζομένους ἐς ὁμολογίαν αὐτῷ καταστῆναι. ἐλάσει
 μὲν οὖν εὐθὺ τῆς πόλεως οἷκ ἐποιεῖτο βουλήν, δεδοικῶς τὸν
 δῆμον τῆς πόλεως, μέγιστον δὲ ὄντα τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν

15. συνεγείρας P σπουδῆν P

quens sui per universam Italiam memoriam honestissimam : fuit enim
 genere Perusinus. Franciscus non multo post, cum defunctus esset
 Mediolani dux, cum Venetis inimicitias suscepit, animum in Medio-
 lani tyrannidem intendens. nam Veneti Philippo mortuo adiungeban-
 tur Mediolanensibus, hortantes et adiuvantes eos ut aristocratiam
 reciperent. equidem urbs illa aliquandiu aristocratiam sectabatur,
 magistratus creans ex optimatibus urbis. verum cum ad aequalitatem
 respiceret, admodum tenuiter res gerebat, si quando exercitus aliquo
 misisset. quapropter ad tyrannidem civitas inclinavit. vocant igitur
 cives ducem Franciscum. quidam reluctabantur. Franciscus igitur
 conscripto exercitu quam celerrime profectus est contra Venetos, in
 eum locum in quo castra sua ponere iam antea animis destinarunt.
 accedens igitur castra ponit stadiis ab urbe centum, eamque obsidet.
 cum itaque inhiaret tyrannidi, ut eam sibi pararet, viros elegit ido-
 neos. etiam necessariis suis permittebat ingredi in urbem, ut oppi-
 danos obsidione pressos ad pacem et ad foedera incitarent. nolebat
 tamen quam proxime ad urbem copias ducere, timens urbis populum,
 qui maximus est omnium Italiae urbium; etiam numero suum exerci-

καὶ πολλαπλάσιον τοῦ ἐναντιοῦ στρατοῦ, πρὸς δὲ καὶ ἄριστον
 τὰ πολεμικά, τοῦ στρατοῦ ἀξιόχρεων, καὶ τοῦ ἀπὸ Οὐνετιῶν
 στρατοῦ προσδοκίμου αὐτοῖς παρέσεσθαι ἐπὶ τὸν πόλεμον τόνδε.
 οὗτος μὲν οὖν αὐτοῦ, πρῶστων τὰ πρὸς τὴν πόλιν, τὴν μονὴν
 ἐποιεῖτο. ὡς δὲ ἐπιβοηθοῦντα στρατὸν τὸν ἀπὸ Οὐνετιῶν
 ἐπυρθάνετο παρεῖναι ἤδη ἀγχοῦ, προεξανιστάμενος ὑπήντα
 ὡς εἶχε τάχους, μακρὰν ἀπὸ τῆς πόλεως ἐς πεντακοσίους
 D μάλιστα πη σταδίους, καὶ ἐστρατοπεδεῖετο. ἐνταῦθα ἀντε-
 στρατοπεδεῖετο καὶ ὁ Οὐνετιῶν στρατηγὸς (Κουδουνίδης δ'
 ἦν ὄνομα αὐτῷ), καὶ περιπαφρευσάμενος ἀνέμενε καὶ τὸ ἀπὸ 10
 τοῦ Μεδιολάνου στρατεύμα ἐπιβοηθήσον αὐτῷ, καὶ τότε τὴν
 συμβολὴν ποιήσασθαι. ἐνθα δὴ ὁ Φραγκίσκος, διὰ τῶν κα-
 τασκόπων ὡς ἐλύθετο ἀπὸ τῆς πόλεως ἐξελαύνειν τὸν στρα-
 τὸν ἐπιβοηθήσοντα τοῖς Οὐνετιοῖς, νυκτὸς πυρὰ πολλὰ ἀψά-
 μενος ἐν τῷ στρατοπέδῳ ὥστε μηδὲν τοιοῦτον ὑπολογίζεσθαι 15
 τοὺς πολεμίους, καὶ ἐξοπλισάμενος νυκτὸς ἐλαύνει διὰ τὰ χίστα
 σπουδῇ ἐπὶ τὸν Μεδιολάνου στρατόν. καὶ ἐνταῦθα μάχην
 ποιησάμενος, καὶ διαφθείρας τὸ πλεόν στρατοῦ, καὶ περιγε-
 P. 159 νόμενος αὐτοῦ ὥστε μηδ' ὅτιοῦν ὑπολειφθῆναι ὅ τι καὶ ἀξίον
 λόγου, αὐτίκα ἀπελάυνει ὀπίσω ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. καὶ 20
 ξυμβυλιῶν τῷ Οὐνετιῶν στρατηγῷ, οὐ πολλῷ ὕστερον μάχην
 τε ἐμαχέσαντο ἰσχυράν, καὶ ἐς φυγὴν τρεψάμενος εἰλέτε ἰπ-
 πέας ἀμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους καὶ νίκην ἀνείλετο περιφανῆ.
 οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἐπελάυνων ἐπὶ τὴν πόλιν, ἧ καὶ τὸ

12. συμβουλὴν P

tum superabat. potuisset exercitum validissimum sternere. expectabatur
 quoque Venetorum exercitus, qui urbi auxilio veniret. verum Francis-
 cus in iis castris quae ab initio communierat mansit, sedulo agens,
 ne inde posset depelli. ubi allatum est exercitum Venetorum ap-
 propinquare, ut urbi suppetias ferret, prior exorienz occurrit Venetis
 quam celerrime, et castra locavit stadiis ab Mediolano quinquaginta.
 ex adverso castrametatus erat Venetorum dux nomine Cudunidas, qui
 castra admodum diligenter emuniebat, volens expectare ibi exerci-
 tum Mediolanensem, ut coniunctis copiis praelium inirent. Francis-
 cus ut ex speculatoribus cognovit Mediolanenses urbe egressos per-
 gere ad Venetos, nocte ignes plurimos in castris faciebat, ut nihil
 eorum quae instituebat hostis suspicaretur; armansque suos citato
 agmine contendit obviam Mediolanensibus. quos aggressus praelio
 graviter afflixit, interfectis plurimis, ut pauci ex Mediolanensium ex-
 ercitu superessent. victoria igitur illustri politus in castra reversus
 est. nec mora, manus conserit cum Venetis, quos praelio atroci
 commisso in fugam egit, captis sexies mille equitibus, victoriamque

πρότερον διέτριβε, καὶ πρῶτων διεπράξατο. καὶ εἰσῆει οὐ πολλῶ ὕστερον, εἰρήνην τε ἐποίησατο, Ναζηραίου τινὸς ἐς τοῦτο παρακινήσαντος. καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ ἔπεμψεν ἐς τοὺς Οὐνετιούς, καὶ εὐνοίαν ἐνδεικνύμενος διετέλει.

5 Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον οὐ πολλῶ ἐγένετο· τότε δὲ Β
 ὡς Ἕλληες ἐπ' οἶκον ἐγένοντο, Εὐγένειος ὁ ἀρχιερεὺς οὐδὲν λόγον ἄξιον ἔπεμπε παρὰ τοὺς Ἕλληνας τὸ ἐς ἐπικουρίαν φέρον. αὐτίκα οἱ Ἕλληες ἐτράποντο, καὶ μετέμελεν αὐτοῖς καταλυσαιμένοις πρὸς τὸν ἀρχιερέα. οὐκ ἔπεμπε δὲ δι' αἰτίαν
 10 τήνδε. πόλεμὸς τε γὰρ συνῆπτο αὐτῷ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐπὶ τοὺς Τυρρηνοὺς ἐπὶ χώρας διαφορᾶ, καὶ στρατὸν τε ἔχων καὶ δαπάνην καὶ στρατηγὸν ἐπ' αὐτῷ προσήκοντα ἐς γένος, ἄνδρα ἐλλόγιμον πατριάρχην, πολεμῶν ὅτε μὲν τοῖς Τυρρηνοῖς ὅτι δὲ καὶ τῷ Οὐρβίνῳ τῷ μετὰ ταῦτα ἡγεμόνι οὐκ ἐπαύετο· V. 125
 15 ἐδόκει τε γὰρ ἡ Τυρρηνῶν μητρόπολις τότε φρονεῖν τὰ τοῦ C
 Αἰγύρων ἡγεμόνος Φιλίππου καὶ συμμαχεῖν ἐκείνῳ κατὰ τὸ ἰσχυρόν. δι' ἃ δὴ καὶ πρὸς τὸν ἀρχιερέα Οὐνετιὸν ὄντα, τοῦ οἴκου Κοιδουλαρίων, ὃν τινα δὴ οἶκον ἄξιούντος τοῦ ἀρχιερέως τῆς συγκλήτου ἐποίησαντο ἀπὸ τοῦδε, καὶ ἔξεστι
 20 μετασχεῖν αὐτοῖς. καὶ διαπολεμούντων γὰρ ἀλλήλους τῶν τε Οὐνετιῶν καὶ τοῦ Μεδιολάνου ἡγεμόνος Φιλίππου, ξύμπασά τε ἡ Ἰταλία διέστη πρὸς ἐκατέρους.

consecutus est insignem. tandem rediit in castra, quae non multum ab urbe locaverat. nec multo post ingressus urbem pacem pangit, quam suadebat quidam Nazaraeus sive monachus. deinde filium suum mittens ad Venetos is deinceps placidum se exhibuit.

At haec haud multo post contigere. cum Graeci domos suas essent reversi, pontifex Eugenius nihil auxilii satis digni, quemadmodum promiserat, Graecis misit. proinde a pontifice avertentur, eosque poenitebat concordiae quam cum pontifice fecissent. verum pontifex nihil auxilii Graecis tali de causa misit. nam erat ei bellum in Italia contra Tyrrhenos propter regionis dissensionem. habens autem exercitum et sumptus ad id bellum, necnon genere sibi propinquum ducem, qui patriarchae partes agebat, virum prudentem, non cessabat rem gerere nunc quidem cum Tyrrhenis, nunc vero cum Urbini duce. ea enim tempestate Tyrrhenorum metropolis videbatur stare a partibus Philippi Ligurum principis, pro quo fortiter pugnabant, quapropter resistebant etiam pontifici, qui Venetus erat, exortus ex familia Condemariorum, quam petente pontifice senatoria dignitate honorarunt, videlicet ut ea familia quoque in senatum allegeretur. cum autem bellum inter Venetos Mediolanisque ducem Philippum arderet, quaedam Italiae pars huic, quaedam Venetis adhaesit.

Εἰσὶ δὲ τυραννίδες ἀπὸ τὴν Ἰταλίαν αἶδε, ἢ τῆς Φερραρίας, οἶκον τῶν Ἑστενσίων, καὶ οἱ τοῦ Ἀριμίνου, καὶ οἱ τῆς Μάρκης Μαλατεσταῖοι, καὶ Οὐρβίνου τύραννος καὶ Μαντουῖης καὶ Μεδιολάνου καὶ Ρώμης καὶ Νεαπόλεως καὶ Ἰαπυγίας. τούτων οἱ τῆς Φερραρίας ὡς ἔχουσιν ἡγεμόνες, καὶ 5 Μεδιολάνου καὶ Ἰαπυγίας καὶ Μαντουῖης, ἐλέχθη, ὡς ἰκανῶς γοῦν ἔχειν ἐς μείαν αὐτῶν τὸν λόγον ποιουμένους. περὶ δὲ τῶν Οὐρβίνου τυράνων τοσάδε ἐπίσταμαι. δοκοῦσι δὲ οἱ Μαλατεσταῖοι γένος τε εἶναι παλαιότατον, καὶ ἐς τὴν Μάρκης ἀρχὴν ἐπὶ πολλὰ ἔτη διαγενέσθαι, ἡγεμονεύοντες τοῦ τε 10 Ἀριμίνου καὶ ἄλλων ταύτη πόλεων ἐπιφανῶν· ἔθεν δὲ καὶ ὠρημένους καὶ ἐς στρατηγίας κατασιῆναι τῶν ἀμφὶ τὴν Ἰταλίαν προταγευόντων. γενέσθαι δὲ Οὐνετεοῖς στρατηγούς ἐντεῦθεν καὶ Τυρρηνοῖς, καὶ ἐπὶ τὴν τῆς Μαντουῖης ἀρχὴν παρελήλυθάναι.

15

P. 160 Περὶ δὲ τοῦ Ρώμης ἀρχιερέως ἔρχομαι ἐρῶν, ὡς ἐπειδὴν τελευτήσῃ ὁ ἀρχιερεὺς, συλλέγονται οἱ καρδιάλιοι ἐς οἶκόν τινα, καὶ τὰς τε ψήφους διαφερόμενοι τίθενται τε καὶ αἰροῦνται ὃν ἂν οἱ τε τῆς Κολονίου καὶ Οὐρσινίου καρδιάλιοι, καὶ ἐκλέγονται σφίσιν ἐς αἴρεσιν τοὺς ἐπιτηδείους. εἰσὶ 20 δὲ αὐταὶ αἱ οἰκίαι μέγισται δὴ τῶν ἐν Ρώμῃ καὶ μέγιστον δυνάμεναι, καὶ ἐπὶ τοῖτους ὅτε μὲν τοῖτους ὅτε δὲ ἐκείους ταλαπτεύεσθαι. συμφέρονται δὲ ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἐπήλυδας

19 κολώνου T

Hi autem principatus sive tyrannides per Italiam dispersae sunt. tyrannis Ferrariae, quae est de familia Estensium. Arimino Marchiaeque praesunt Malatestae. huc adde tyrannos Urbini, Mantuae, Mediolani, Romae, Neapolis et Iapygiae. ut autem Ferrariae Mediolani et Iapygiae principes se gerant, necnon de Mantua, dictum est satis, quantum facit ad praesentem historiam. de Urbini tyrannis haec scio. tyranni sive principes Urbini ex antiquissimo genere descendere videntur et Malatestae dicuntur. multis annis Marchiae imperarunt regentes Ariminum et alias isthic urbes insignes. hinc progressi duces eorum facti sunt qui in Italia rem iudiciariam tractabant. etiam Veneti hos sibi duces constituerunt. postea Tyrreni eos quoque sibi duces petierunt, et inde ad Mantuae ducatum emersere.

Nunc revertar unde digressus sum, ut scribam de Romano pontifice. ubi primum pontifex aliquis mortuus fuerit, in domum quandam congregantur cardinales, ac calculos ferentes eligunt de familia Coloniorum et Ursinorum, quos huic muneri idoneos putarint. sunt autem hae familiae longe reliquarum familiarum Romae et maximae

μηδὲ ἐτερώσε ἀποκλίνοντας ποιοῦνται ἀρχιερεῖς. ἐπειδὴν δὲ
 τὰς ψήφους ἐπιλέγονται καὶ ἀποδειχθῆ, ἀρχιερέα ἀναγορευ-
 ουσί τε αὐτόν, οἴκοι κατέχοντες ἐς ὃ ἂν καὶ τοῖς λοιποῖς
 συνδόξῃ ἢ αἴρεσις. καθίζουσι δὲ ἐπὶ σκίμποδος ὄπῃ ἔχον-
 5τος, ὥστε καὶ τῶν ὄρχεων αὐτοῦ ἐπικρεμαμένων ἄπτεσθαί B
 τινὰ τῶν προσαχθέντων, ὥστε καταφανῆ εἶναι ἄνδρα εἶναι
 τοῦτον. δοκοῦσι γὰρ τὸ παλαιὸν γυναῖκα ἐπὶ τὴν Ῥώμης
 ἀρχιερατείαν ἀφικέσθαι. οὐ γὰρ ἐπίδηλος ἦν, ὅτι καὶ οἱ
 ἄρχερες σχεδὸν τι τῆς Ἰταλίας καὶ ξυμπάσης τε τῆς πρὸς
 10 ἐσπέρας χώρας ἐπεικῶς ξυρῶνται τὸ γένειον. ἔγκνον δὲ
 γενομένην, ὡς εἰς τὴν θυσίαν ἀφίκετο, γεννῆσαί τε τὸ παι-
 δίον κατὰ τὴν θυσίαν καὶ ὀφθῆναι ὑπὸ τοῦ λαοῦ. δι' ἃ δὴ
 ὥστε ἐπιγνώσαι καὶ μὴ πάντι ἐνδοιάζειν, ἄπτονται, καὶ
 ἀψάμενος ἐπιφωνεῖ “ἄρχην ἡμῖν ἐστὶν ὁ δεσπότης.” τὰ μὲν-
 15 τοι ὀνόματα μεταβάλλουσιν, οἷα θειότεροι σφῶν αὐτῶν γινό-
 μενοι καὶ ἐς πᾶν μεταβολῆς ἀφικόμενοι. αἰροῦνται δὲ καὶ C
 ὀνομασίας τὰς ψήφους, ἐντιθέμενοι τὰ τῶν ἀρχιερέων ὀνό-
 ματα. σέβονται δὲ μέγα αὐτόν οἱ τε τῆς Ἰταλίας ἡγεμόνες
 καὶ οἱ πρὸς τὴν λοιπὴν ἐσπέραν. καρδινάλιοι δὲ εἰσιν ἀμφὶ
 20 τοὺς πενήκοντα. οἱ γὰρ τοὶ Ἰταλίας ἡγεμόνες σχεδὸν τι ἐς
 τὰ δύο ἐπιδιελόμενοι τὰς ἀρχάς, ἐπειδὴν παῖδε δύο γένων-

1. ἀποκλίνοντες P
 δε αὐ P

3. οἴκη P.

23. τῶ μὲν τῶ P τῶ-

et potentissimae. nunc quidem favor ad hos, nunc ad illos inclinat. plerumque autem cum sententiae haud congruunt, peregrinos neutro propendentes favore pontifices designant. ubi autem suffragia collegerunt et pontifex fuerit declaratus, domi eum continent, explorantes num et reliquis placeat electio. pontificem pronuntiatum insidere iubent sedili foramen habenti, ut testes ex eo propendentes aliquis cui hoc muneris iniunctum est, tangat, qui appareat pontificem virum esse. nam constat mulierem quondam in pontificatum esse subvectam, quia sexus ignorabatur: nam Italiae Occidentales pene omnes barbas radunt. cum autem illa mulier gravida esset facta, et ad festum sive sacrificium prodiisset, peperit infantem inter sacrificium, in conspectu universi populi. quapropter ne decipiantur iterum, sed rem cognoscant neque ambigant, pontificis creati virilia tangunt. et is qui tangit, acclamat “mas nobis dominus est.” nomina autem post electionem illico commutant, quasi iam diviniore quam antea sint naturae et planissime mutati. calculi autem, quos ponunt, nomina pontificum inscripta tenent. pontificem plurimum honorant Italiae principes et reliqui Occidentales populi. cardinales sunt numero circiter quinquaginta. nam Italiae principes plerumque dividentes principatus suos in partes duas, si habuerint filios,

ται, τὸ μὲν τῷ παιδί εἰς τὴν ἡγεμονίαν ἐκδιδάσσει, τὸ δὲ αὐ-
 ἐτέρω παιδί, ὥστε μὴ διαφορὰν αὐτοῖς ἐγγίνεσθαι, ἐς ἱερω-
 σύνην καταλείπεσθαι. καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε μεγάλην ἔχειν αὐ-
 τοῖς τὴν ἀξίαν τῆς Ῥώμης ἀρχιερέα, τὰ τε ἄλλα καὶ ἐπιτη-
 δεῖως ἔχειν αὐτῷ σίμπανας. 5

- V. 126 Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως· Ἰωακεῖμ δὲ τις ἐλλόγι-
 D μος τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν σοφῶν γενομένων, καὶ ἐπὶ μαντι-
 κὴν ἀφικόμενος, τοὺς τε ἐσομένους ἀρχιερεῖς προσήμαινε,
 τρόπον ᾧ ἂν ἕκαστος τούτων παριῶν ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν βιώ-
 σοιτο δὲ γίνεσθαι, ἐπειδὴν ἐς τὰ ἔργα κατασιῆ τὰ 10
castra ad murum transtulit. die deinde postero princeps exercitum bombardis longis petivit. sequenti die eos qui murum defensabant, tentarunt machinas muro admoventes. quarto die tempore vespertino singuli iuxta tabernacula sua ignes fecerunt quam potuere maximos. nam Turcorum est consuetudo, ut ignes plurimos parent biduo ante eius diei in quem pugna collata est. hymnum quendam canunt in honorem dei et herois, significantes quod tertio abhinc die praelium committere velint. tunc igitur ignes excitantes quam potuere plurimos, accingebantur ad oppugnationem muri. quarto autem die Sarachorides, qui inter caeteros inutilis sunt turba, funibus machinas ad murum traxerunt. nam praeter exercitum qui regem sequuntur, adsunt et alii complures, qui frumentum a finitimis in castra subvehunt. sunt in castris et alii ex Asia oriundi pedites, qui Agiades nominantur, quorum opera rex utitur ad itinera purganda et ad castra communienda, necnon ad alia quibus in castris opus est. arbitror autem castra huius regis pulcherrime omnium, quae nos vidimus et audivimus, instrui, quantum attinet ad copiam frumenti necnon ad situm tabernaculorum. nam primum omnium mercatores plurimi comitantur regem istum, qui frumentum equos mancipiaque

τον μὲν γὰρ δὴ ἀγορασίαι ἔπονται τῷ βασιλεῖ μεγάλαι ἔς τε
 τὰ σιτία καὶ τοὺς ἵππους καὶ ἔς τὰ ἀνδράποδα καὶ ἔς τὴν
 τοῦ στρατοῦ χρεῖαν, ὅτου δ' ἂν τι ἐπιδέοιτο, ἐνταῦθα ἀφθό-
 5 τως τε πολλῶν ἔς τοῦτο παραγινομένων. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ
 ἑκαστος περιάγει ἔς τὴν ἐξέλασιν, οἱ μὲν τε καμῆλους σιτίων
 καὶ ὄπλων καὶ κριθῆς τῆς ὑποζυγίων τροφῆς ἱκανὰς ἔχοντες,
 οἱ δὲ ἡμιόλους, οἱ δὲ συναμφότερα, οἱ δὲ καὶ ἵππους, ὥστε D
 διπλάσια γίνεσθαι τὰ ὑποζύγια τοῦ στρατοῦ. πάρεξ δὲ τού-
 10 των περιάγει ὄμιλον ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ σιτίων τε ἕνεκα,
 καὶ ἐπειδὴν ἔς ἀνάγκην καταστῆ τὸ στρατόπεδον, ἐπιδιελόμε-
 νος τοῖς ἀρίστοις τὴν τροφήν οὕτω χωρεῖ ἐφ' ὅ τι ἂν γένοι-
 το. σκηνὰς δὲ ἔτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοῦ βασιλέως ἴδοι ἂν
 τις ἔς μυρίας, καὶ πλείους καὶ ἐλάσσους τούτων, ὡς τυγχά-
 15 νει στρατευόμενος.

Τότε μὲν δὴ, ὡς ἐτάχθησαν σαραχόριδες ἔς τοὺς Ἑλλη-
 νας, ἐπειρῶντό τε αὐτῶν καὶ ἐμάχοντο ὡς . . . τῆς ἐρεθί-
 ζοντες ἐπὶ μάχην καὶ ἐπαγρουπνοῦντες. ὡς δὲ ἠώς τε ἦδη 1446
 ὑπέφαινε, κύμβαλά τε καὶ αὐλικά καὶ σάλπιγγες τοῦ βασι- d. 7 Dec.
 20 λέως (καταφανεῖς δὲ εἰσι τῷ μεγέθει τῶν ἡχῶν) ἀναδηλῶν P. 183
 ὡς μάχη τε ἦδη γίνεται. καὶ ἕκαστοι παρασκευασάμενοι
 ἐπήεσαν ἔς τὸ τεῖχος, αὐτίκα τειχομαχοῦντες κατὰ τὸ ἰσχυρόν.
 βασιλεύς τε αὐτὸς καὶ οἱ νεήλυδες κατὰ τὸ μέσον τοῦ Ἰοθ-

4. πολλῶ P

20. ἀνεδήλουν?

emunt, necnon reliqua quibus indiget exercitus. hinc rerum omnium exercitui dives copia est. praeterea magnates qui comitantur regem, singuli plurima in expeditionem adducunt iumenta. quidam adducunt camelos, qui arma frumentum et hordeum, ut pabulum sit iumentis sufficiens, portant. quidam equos, quidam mulos, quidam tam equos quam mulos in expeditionem agunt. horum autem tantus est numerus ut duplo iumentorum numerus hominum numerum exsuperet. comitantur regem alii plurimi ab sua regione, quorum usus in frumentationem maximus est. si necessitas aliqua ingruerit exercitui, alimenta in optimates distribuit, et sic proficiscitur. tentoriorum quis cernat in castris regis plerumque decem milia, plus minusve respectu expeditionis.

Eo quidem tempore sarachorides oppositi Graecis eos pugnando tentabant * * * totamque noctem ducebant insomnem, ut ad praelium Graecos incitarent. ut aurora illuxit, signa canere iubet rex: cymbala cornua tubaeque pugnam iam fore maximo sono significabant. Turci instructi occipiebant murum oppugnare quam fortissime. rex et peregrini armati in acie instructa stabant in medio Isthmi, ubi

μου, ἥπερ ἐσκήρουν, καθίσταντο ἐς μάχην, καὶ κλίμακας τε προσέφερον, καὶ διορύσσοντες τὸ τεῖχος ἠγωνίζοντο ὡς ἐξαιρήσοντες. καὶ τοὺς τε τηλεβολίσκους ταύτη ταξάμενος οὐκ
 V. 143 εἶα τοὺς Πελοποννησίους προκύπτειν. δεινὸν γὰρ τοι ὁ τηλεβολίσκος, καὶ οὐδὲν τῶν ὕπλων ἀντέχει ὥστε μὴ διαχωρεῖν 5
 διὰ πάντων καθικνούμενος. δοκεῖ δὲ κἀπειδάν τι αὐτῶ ἀντέχει, τότε δὴ μάλιστα καθικέσθαι ἐπὶ πλεόν, ἐπεὶ ἔς τε βάμβακα καὶ κρόκην καὶ τὸ ἔριον οὐκ ἂν οὕτω καθίκοιτ' ἂν ἐπὶ πολὺ. ἐπεὶ δ' ἐν ἀδείᾳ τε ἐγένοντο οἱ νεήλυδες, καὶ τὰς τε κλίμακας ἐς τὸ τεῖχος ἐνεγκάμενοι ἀνέβαινον, καὶ ὑπερέβησαν 10
 ταύτη ἧ ἔθεατο ἐστὼς ὁ βασιλεύς, ἀνέβη ἐπὶ τὸ τεῖχος νεήλυς Χιτήρης, Τριβαλλὸς τὸ γένος, καὶ εἶλε τε τὸ τεῖχος, καὶ τοὺς ταύτη διωσάμενος ἐς φρυγὴν ἐτρέψατο. οἱ δὲ ὡς ἀπολιπόντες τὴν τάξιν κατέβαινον ἐνταῦθα, καὶ πλησίον ἐς δέος τε ὑπὸ θεοῦ καθίσταντο καὶ ἀπειρίας, καὶ οὕτω ἐποίουν· φεύγοντες γὰρ 15
 ᾤχοντο. καὶ οἱ παρὰ τούτους αὐθις τεταγμένοι, οὐκ εἰδότες ὅ τι ξυμβαίνει χαλεπὸν, ᾤχοντο φεύγοντες. καὶ οὕτω πάντες ἀπολιπόντες τὸ τεῖχος ἔφρευγον οὐδενὶ κόσμῳ. οὗτοι δ' οἱ
 C Τοῦρκοι ἐπεισπεσόντες ταύτη τε ἧ ἑάλω ὑπὸ τοῦ νεήλυδος, καὶ τῆ ἄλλῃ ἧ κατέβαλλον διορύσσοντες, καὶ διὰ τῶν πυλῶν 20
 εἰσεσχέοντο καὶ ἔτρεχον. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων τραπόμενοι διήρπαζον τὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπιπλα, ἐσθῆτάς τε καὶ τὴν ἄλλην εὐδαιμονίαν· οἱ δὲ ἐπὶ τοὺς ἀν-

14. καὶ] καὶ οἱ?

18. οὕτω?

castra posuerant. scalas expediebant, murum suffodiebant, fortiterque praeliabantur, ut murum occuparent. huc etiam bombardarios consistere iusserat, qui bombardis prospectum Peloponnesiacis adimebant. bombardae namque res est admodum violenta, nec arma resistere bombardae impetui possunt, verum omnia penetratum etiam magis permeat, quando corpus aliquod resistens fuerit nacta, si quidem crocum lanamque non pervadit. cum peregrini iam tuti ab periculo starent scalasque muro addidissent, murum scandebant eo loci ubi spectator oppugnationis aderat rex. primus itaque in murum evasit, eumque cepit peregrinorum de numero Chiteres, Triballus genere; eosque qui resistebant, in fugam coniecit. hi autem ordine relicto abibant, cum metus maximus ab deo et imperitia ipsis incuteretur: nam formidine agitati in fugam effundebantur. praeterea illi qui his proxime steterant, nescii quid mali suis accidisset, fugientes abibant. tandem omnes deserto muro sine ordine fugerunt. Turci irruentes, qua murus ab Chitere superatus erat, et alii qua murum suffodientes straverant, necnon per portas irrumpebant. quidam ad castra Graecorum ferebantur, Graecorumque sup-

δρας τραπόμενοι τοὺς μὲν αὐτῶν ἔφθειρον τοὺς δὲ καὶ ἐζώ-
γρουν, ἐς ἀνδραπόδων μοῖραν τιθέμενοι. καὶ φόνος τε ἦν
πολὺς τῶν φευγόντων.

Περὶ δὲ τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνας τοιαύδε ἐγένετο. ὡς
5 γὰρ ἐώρων φεύγοντας τοὺς Ἑλληνας ἀνὰ κράτος καὶ οὐδενὶ
κόσμῳ, ἐπειρῶντο μὲν πρῶτιστα κατέχειν, ὡς δ' οὐκ ἠδύναν-
το, καὶ αὐτοὶ φεύγοντες ὄχοντο, ἐπὶ μὲν Κόρινθον οὐκέτι
(ἦδεσαν γὰρ ὡς πολιορκησόμενοι ἀλώσοιντο ἐνταῦθα, τῆς τε D
τροφῆς ἰκανῆς οὐκ οὔσης ἐν αὐτῇ καὶ ἄλλης παρασκευῆς), ἐπὶ
10 δὲ τὴν μεσόγαίον ἐπειγόμενοι ἔφθασαν γενόμενοι ἐπὶ τὴν ἄκραν
Λακωνικὴν τῆς Πελοποννήσου, καταδοκῆσοντες ἢ μέλλει χω-
ρήσειν ὁ βασιλεύς. αὐτοὶ τε γὰρ ἐς τὴν θάλασσαν διενουῶν-
το ἐς τὸ πρόσω πίπτειν, ὡς ἦν ἐπὶ ἑλαύνων, ἐς τὴν θάλασ-
σαν ἀφιζόμενοι καὶ ὑπεκστησόμενοι τῆς χώρας αὐτῆς. ἦδεσαν
15 γὰρ ὡς τῷ Ἴσθμῷ τὰ Πελοποννήσου πράγματα διεφθάρη ὑπὸ
τοῦ βασιλέως, καὶ ὄπλα καὶ ἄνδρες καὶ οὐδὲν ὃ τι ἄξιον λό-
γου ὑπελείφθη ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ ἀκροπόλεσι, καὶ οὐκέτι
ἤλπιζον περιέσεσθαι σφίσι τὴν ἀρχὴν τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' οἶχε- P. 184
σθαι σφίσι τὰ πράγματα ἀπολλύμενα.

20 Ἀμουράτης δὲ ὡς κατέσχε τὸν Ἴσθμόν, καὶ ἐπεὶ ἐγένετο
ἐντὸς τῆς Πελοποννήσου, πρῶτα μὲν ἐς τριακοσίους τῶν αἰγ-
μαλώτων, οὓς ἀποφυγόντας τῆς νυκτὸς ταύτης ἐς τὸ ὄρος τὸ

11. καταδοκῆσαντες P

pellectilem et reliquam felicitatem diripiebant. quidam versi in hos-
tes quosdam necarunt, quosdam vivos ceperunt, et ad mancipiorum
condicionem rede gere. caedes fugientium edebatur maxima.

Verum quid Graecorum ducibus contigerit, audiamus. hi ubi
conspicati sunt Graecos fugam arripere, primo eos retinere conaban-
tur. cum autem in fugam effusos inhibere non possent, aufugerunt
et ipsi, non tamen Corinthum. certi enim erant, si obsiderentur
Corinthi, se facile expugnatum iri, cum haud sufficiens eo comporta-
tus esset commeatus, nec alius belli apparatus. celeri autem fuga
contenderunt ad mediterraneam regionem; iamque praevenierant ho-
stes, et in summa Laconia Peloponnesi expectabant quonam profectu-
rus esset rex. decreverant namque in mare profugere et regione ce-
dere, si Amurates cum exercitu adventaret. noverant namque Pelo-
ponnesiacorum res ab rege planissime contusas esse. nec arma nec
viri, nec quicquam amplius memoratu dignum vel in urbibus vel in
arcibus reliqui erat. nec sperabant in posterum Peloponnesi princi-
patum sub se futurum, sed augurabantur se Peloponnesi res omnes
amissuros.

Amurates ut Isthmum occupavit et in Peloponnesum venit, pri-
mum quidem circiter trecentos captivos, qui nocturna fuga in montem

ὑπὲρ τὰς Κεγχρέας, ὃξὺ δὲ καλούμενον, κυκλωσάμενοι εἶλον ἀπάτη πάντας, εἰς ἓνα χῶρον ἀπαγαγὼν κατέσφαξε· μετὰ δὲ ὠνησάμενος ἀνδράποδα ἐς ἑξακόσια θυσίαν ἀνήγε τῷ ἑαυτοῦ πατρί, ἐξιλεούμενος τῷ φόβῳ τῶν ἀνδρῶν τούτων. ἐντεῦθεν δὲ ἐπιδιελόμενος τὸ στρατεύμα, καὶ τὸ μὲν παρα-5
 Β δούς Τουραχάνη τῷ Θεσσαλίας ὑπάρχῳ ὡς ἐμπείρῳ τε ὄντι καὶ μάλιστα δὴ Τούρκων ὀμιληκῶτι τῇ Πελοποννήσῳ, καὶ τῶν νεηλύδων ἀμφὶ τοὺς χιλιούς, ὡς διὰ τὴν μεσόγαιον ἐλαύνειν, αὐτὸς δὲ διὰ τῆς Σικυῶνος ἤλαυνεν εὐθὺς τῆς Ἀχαΐας. ἀφικόμενος δὲ ἐς Σικυῶνα, τὴν μὲν πόλιν, ἐν ἣ ἡμέρᾳ ὁ Ἰσθ-10
 μὸς ἐάλω, ἐπέδραμέ τε ὁ στρατὸς τοῦ βασιλέως, καὶ ἠνδραποδίσατο σύμπασαν ἄρδην τὴν πόλιν. ἀπόντων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἐς τὸν Ἰσθμόν, καὶ οὐδὲ ἐν ὄχρῳ ὄκημένης τῆς πόλεως, ταύτην μὲν εὐθὺς τότε ἠνδραποδίσατο, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἤλασαν τῆς Πελοποννήσου, τοὺς τε ἡγεμόνας διώκοντες 15
 C καὶ τοὺς ἄλλους Ἑλληνας, ὡς ἄλλος ἄλλη ὄχετο φεύγων. τὴν V. 144 μὲν πόλιν κενὴν τε κατέλαβε, καὶ τὴν ἀκρόπολιν ἐπολιόρκει. ἐνήσαν δ' αὐτόθι Μουλγέριός τε Ἑλληνας καὶ ἄλλοι μετ' αὐτοῦ τινὲς Ἑλλήνων οὐ πολλοὶ σὺν γυναιξί τε ἅμα καὶ παισίν. ἐπεὶ δ' ὑπορῦξας ἔθει τὴν ἀκρόπολιν, ἐνταῦθα ἐς ὄμο-20
 λογίαν ἀφικόμενος ὁ τῆς ἀκροπόλεως φύλαξ παρέδωκε τε αὐτὸν καὶ τὴν ἄκραν. τούτους μὲν δὴ καὶ γυναῖκας καὶ παῖ-

supra Cenchreas situm, quem Oxi vocant, evaserant, quasi indagine circumdari iussit. omnes capti sunt; doloque in unum locum abducti, crudeliter occisi sunt. postea Amurates emit mancipia numero sexcenta, quae ad sacrificium duxit in honorem patris sui, volens eum expiare caede virorum occisorum. his ita peractis exercitum divisit. partem exercitus Turachani Thessaliae praefecto tradidit, qui rei militaris habebatur peritissimus et plurimum conversatus erat cum Turcis Peloponnesi. dedit eidem de numero peregrinorum mille milites, ut his instructus profectionem per mediterraneam regionem faceret. ipse quidem rex per Sicyonem iter faciens recta in Achaïam contendit. urbem eo die, quo Isthmus in potestatem venit, regius exercitus aggressus est; captamque diripuit universam. aberant enim oppidani, profecti in Isthmum. nec admodum in munito loco urbs sita erat. quapropter eam continuo diripuerunt: et maximam Peloponnesi partem peragrantes, persecuti sunt bello duces et reliquos Graecos. cum autem hostium alius alio, ubi se tutum putabat, palantes dilaberentur, urbem defensoribus vacuam in potestatem redigit, obsidioneque arcem premere statuit. erant in ea arce Mulgerius Graecus et alii quidam Graeci non multi cum liberis et uxoribus. Turci igitur suffodientes arcem, cum Mulgerius

δας ἐς Ἄγγιον πόλιν εὐδαίμονα ἀπέστειλλε, τῆς δὲ πόλεως
 ἐνεπίμπρα τε τὰς οἰκίας. καὶ τοῦ πρόσω ἐχόμενος ἀφίκετο
 ἐπὶ Πάτρας τῆς Ἀχαΐας πόλιν εὐδαίμονα. ταύτην μὲν οὖν
 ἐξέλιπον οἱ ἄνδρες ἐς τὴν κατανατικὴν ἡπειρον τῶν Οὐνετιῶν, D
 5 καὶ πλὴν τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις, οἱ ἐνα-
 πελείφθησαν ἀφροσύνη χρησάμενοι, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ᾗχον-
 το φεύγοντες. ἦσαν δ' οἱ ἐναπολειφθέντες ἐς τετρακισχιλί-
 ους. τοὺς μὲν οὖν τῶν βασιλείων ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας
 παρεστήσαντο ὁμολογία, καὶ ἐς ἀνδράποδα διελόμενος τὴν τε
 10 ἀκρόπολιν ἐπολιόρκει καὶ τοὺς τε νεήλυδας ἐπεμψεν ὡς ἐλοῦν-
 τας. καὶ οὗτοι προσέβαλλόν τε τῷ τείχει καὶ ὑπορυζάμενοι
 εἰσέπιπτον. οἱ δὲ Ἕλληνες ἑρπύνην καὶ πίσσαν πυρὶ ἀψάμε-
 νοι κατὰ ὀπήν τοὺς τε νεήλυδας ἐξεκρούσαντο ἀμυνόμενοι καὶ P. 185
 ἐκράτυνον τὴν ἀκρόπολιν. Ἀμουράτης μὲν δὴ, ὡς Τουραχά-
 15 νης ἐντεῦθεν ἀφικόμενος καὶ ἀνδράποδα ὡς πλεῖστα ἀγόμε-
 νος παρεγένετο αὐτῷ, ἐνταῦθα ἐπαναζεύξας ἀπήλαυνε. μετὰ
 δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον σπονδὰς τε ἐποίησατο, καὶ ὑπό-
 φορον ἔσχον τὴν Πελοπόννησον τὸ ἀπὸ τοῦδε οἱ Ἕλληνες μέ-
 χροι τούτου, τὸ πρὶν ἐλευθέραν οὔσαν. τὴν μὲν οὖν πόλιν
 20 τῶν Θεβῶν πειρώμενον ἐπιέναι βασιλέα ἐπὶ Πελοπόννησον
 ἐξέλιπόν τε, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐξανασιάντες ᾗκησαν ἐν τῷ
 Ἴσθμῳ, οἱ τινες δὴ καὶ ἐάλωσαν ὑπὸ Τούρκων. ἡ δὲ ἐκτὸς

nullam salutis spem affulgere cerneret, se ipse et arcem Amurati tra-
 didit. hos quidem cum liberis et uxoribus misit Angium, urbem
 opulentam. ipse vero aedificia urbis captae incendit. quo facto ul-
 terius profectus venit Patras, Achaiae urbem opibus florentem. op-
 pidani urbem istam deseruerant, abeuntes in continentem Venetorum,
 quae ex opposito erat. remansere tamen quidam in arce et in regia:
 stulti quidem, cum reliqui sibi fuga consulerent, ipsi se in grave dis-
 crimem praecipitarunt. erant autem numero quater mille. viros igi-
 tur et mulieres quae in regia erant, pactionibus Amurates in fidem
 accepit, omnesque in mancipiorum album rettulit. hinc arcis oppu-
 gnationem auspicatus est, peregrinosque misit, ut eam subito cape-
 rent. hi summa vi impetum in murum dantes eumque suffodientes in
 arcem irrupere. Graeci resinam et picem incensam per foramina ia-
 culantes, peregrinos expulerunt acerrime repugnantes, arcemque et
 murum reficientes et optime munientes. Amurates, ubi advenit Tu-
 rachanes vehens maximam hominum aliarumque rerum praedam, cum
 exercitu discessit, nec multo post pacem cum Graecis fecit. ex eo
 inde tempore Peloponnesus, quae prius libera erat, regi tributaria
 facta est. Thebas Thebani, cum hostiliter accederet rex, deseruere,
 et in Isthmum se contulere, quasi ibi habitaturi; qui tamen ab Tur-

Β χώρα τοῦ βασιλέως αὐτίκα μετὰ τὴν τοῦ Ἴσθμοῦ ἄλωσιν προσεχώρησε τῷ βασιλεῖ, τό τε Πίνδον καὶ ἡ ἄλλη χώρα τοῦ βασιλέως.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ἐς τοσοῦτον ἐγένετο. 1447 καὶ βασιλεὺς τοῦ ἐπιγινομένου θέρους ἐστρατεύετο ἐπὶ Σκεν-5
τέρη τὸν Ἰβάνεω παῖδα, ὃς παῖς ὢν ἐς τὰς θύρας ἀφικόμε-
νος τοῦ βασιλέως καὶ παιδικὰ αὐτοῦ γενόμενος ἀπέδρα ἐς
τὴν πατρίαν αὐτοῦ χώραν, καὶ ἀγόμενος γυναῖκα θυγατέρα
τοῦ Ἀριανήτου, ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ἐπολέμων τῷ βασιλεῖ, καὶ
οὔτε φόρον ἀπήγαγον τῷ βασιλεῖ οὔτε αὐτοὶ ἐς τὰς θύρας 10
ἵεντο οὔτε πείθεσθαι ἤθελον. διὰ ταῦτα συναγείρας ἅπαντα
C τὸν τε Ἀσίας καὶ Εὐρώπης αὐτῷ στρατὸν ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν
Ἰβάνεω χώραν· καὶ ἐπεὶ τε ἐσέβαλεν ἐς τὴν χώραν, ἐδήου τε τὰ
στρατεύματα διαπέμπων ὅποι παρῆκοι, καὶ ἐνεπίμπρα τὰς τε
κώμας καὶ τοὺς ἀγρούς, καὶ τὰ λήια ἐκαίοντο ὑπὸ τοῦ στρα- 15
τοῦ, καὶ περιεφθειρόντο τὰ ἐκεῖσε πάντα. Σκενδέρης μὲν οὖν
ἐπὶ τὴν ἐς τὸν Ἰόνιον παράλιον χώραν τῶν Οὐνετιῶν ὑπε-
ξέθετο, αὐτὸς τε καὶ οἱ Ἀλβανῶν πρῶτοι, τὰς τε γυναῖκας καὶ
παῖδας· αὐτοὶ δὲ περιμόντες ἄλλοτε ἄλλῃ τῆς χώρας διήρ-
χοντο, εἴ του δέοιντο αἱ πόλεις αὐτῶν. καὶ οὔτοι μὲν ἀνὰ τὸ 20
ὄρος τὸ ὑπὲρ τὴν χώραν αὐτῶν ἄχρι τοῦ Ἰονίου διατεῖνον διέ-
τριβον, καταδοκοῦντες ὅποι σφίσι τὰ πράγματα ἀποβήσεται·

10. ἐπήγαγον P

14. παρήκοι P

cis capti sunt. exterior autem regio Pindus videlicet et reliqua regio, ut primum Isthmus captus est, in regis potestatem devenit.

Appetente iam aestate Amurates bellum movit contra Scenderem Ibanis filium (Alexandrum sive Scanderbegum appellatum), qui puer venit in ianuas regis eiusque concubinus factus est; tandem effugit in patriam suam regionem. ducta deinde uxore Arianetis filia, ex professo bellum cum rege gerebat. nam tributum hand amplius regi pendebat, nec in ianuas ibant, parere quoque regi detrectabant. quapropter Amurates convocans Asiae Europaeque exercitus universos, Ibanis regionem bello petere statuebat. veniens igitur in regionem, vastabat universam, vicos agrosque incendebat. frumentum omnemque commeatum comburebat. omnia quae in ea regione erant, populationibus dissipabantur. Scenderes igitur ipse necnon Albani omnes in maritimam versus Ionium Venetorum regionem uxores et liberos, quo ab impendenti periculo tuti forent, exposuerunt: ipsi autem undique per regionem obambulantes sedulo dispiciebant, sicubi urbes ipsorum auxilio indigerent. castra habuerunt in monte qui regioni eorum impendet et in Ionium usque porigitur; et ibi expectaverunt belli eventum. Amurates Sphetiam urbem exercitibus circumscedit;

Ἀμουράτης δὲ ἐπελαύνων πρῶτα μὲν τὴν Σφειίαν πόλιν D
 ἐπολιόρκει. καὶ λόγον μὲν προσέφερεν ὡς παραδοῖέν τε αὐ- V. 145
 τὴν καὶ αὐτοὶ ἀπίοιεν ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ ἕκαστος· οἱ δὲ οὐκ
 ἐπέθοντο. μετὰ δὲ ταῦτα προσέβαλε σὺν τοῖς νεήλυσι, καὶ
 5 εἶλε τὴν πόλιν κατὰ κράτος καὶ ἐξηνδραποδίσατο, τοὺς τε
 ἄνδρας σύμπαντας διεχρήσατο. μετὰ δὲ ἐπιὼν ἐπὶ τὴν Γε-
 τὴν ὁμολογία τε παρεστήσατο, καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει ἀνδρα-
 ποδισάμενος ἐπῆγε τὸν στρατὸν ἐπὶ τὴν Κρούην, πόλιν προέ-
 χουσαν τῶν ἐν τῇ Ἀλβανῶν χώρα· οἰκεῖται δὲ ἐν ὄχυντῳ
 10 πάνν. ταύτην μὲν οὖν προσκαθεζόμενος ἐπολιόρκει, καὶ τη-
 λεβόλοις τε ἔτυπτε τὸ τεῖχος, καὶ κατέβαλε μέρος οὐκ ὀλί-
 γον. μετὰ δὲ ταῦτα προσέβαλε σὺν τοῖς νεήλυσιν ὡς ἐξαι-
 ρήσων τὴν πόλιν, καὶ ὡς οὐκ ἠδυνήθη ἐλεῖν, ἀπήγαγε τὸν P. 186
 στρατὸν· ἤδη γὰρ ὄψε ἦν τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ χειμῶν ἐπιγε-
 15 νόμενος ἐπέιξε τὸν στρατὸν.

Τὸν οὖν παῖδα αὐτοῦ ἄρτι ἠβάσκοντα Μεχμέτην περιῆγεν
 ἐν τῷ στρατῷ, ἔξ ὅτου ἀφείλετο αὐτὸν τὴν βασιλείαν. ἐγένετο δὲ
 οὕτως. ὡς ἐμάχετο τοῖς Παιόσιν ἐν τῇ Βάρνη καὶ τὰ στρατεύ-
 ματα αὐτοῦ ἐώρα ἐν φυγῇ γενόμενα, ἐς δέος τε καθεστήκει μέγα
 20 πάνν, οἴόμενος αὐτίκα πάντως ἀπολεῖσθαι, ὡς ἤδη ἀφίκετο
 ἔσυφορᾶς, ἠῦχετό τε ὡς ἦν αὐτῷ τὰ πράγματα μὴ διαφθαρεῖ
 τότε ἐν τῷ θορύβῳ ἐκείνῳ, ἀπολιπεῖν τε τὴν ἀρχήν, καὶ τῷ

10. προσκαθεζόμενος P

oppidanisque nuntiare iussit, si deditionem facerent, se singulos ad
 sua abire permissurum. at hi condicionem istam non admiserunt.
 quapropter cum peregrinorum cohorte murum subit; et cum impetu in
 urbem irrumpens, ea potitur, praedaeque totam exponit. viros omnes
 trucidari iussit. deinde copias duxit contra Getiam, quam pactioni-
 bus in dicionem accepit. captis autem oppidanis exercitum Cruam
 urbem Albanorum primariam movit. urbs haec sita est in loco mu-
 nitissimo. hanc obsidione cinxit, murumque bombardis concussit,
 eiusque non modicam partem stravit. deinde per loca ruinis paten-
 tia cum peregrinis irrumpere quaerebat, quasi vi eam capturus. coe-
 pta autem omnia cum irrita caderent, exercitum abduxit omnem,
 quia aestatis iam extremum erat, et frigus hibernum graviter exerci-
 tum adfligebat.

Filium suum Mechetem iam pubescentem per castra circumdu-
 xit regnoque praefecit. sic autem ista evenere. cum pugnaret ad-
 versus Pannonos Varnae et exercitus suos ad fugam inclinare cerne-
 ret, valde timuit putans se mox cum suis periturum. in hac gravis-
 sima necessitate constitutus vovit, si incolumis evaderet praesens pe-
 riculum et victoria potiretur, se cessurum regno et id commissurum

Β παιδὶ ἐπιτρέψαντα αὐτὸν οἴχεσθαι ἐς τὴν Ἀσίαν, διατρέφοντα
 σὺν τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς παρ' αὐτοῖς καλουμένοις Ναζη-
 ραίοις, προσευχόμενον τῷ ἥρωι καὶ ἀνάγοντα θανάτῳ τὴν θυ-
 σίαν. ὡς δὲ περιεγένετό τε Παιόνων καὶ τὸν Παιόνων βα-
 σιλέα ἐξελὼν ἐκομίζετο ἐπ' οἴκου, τὸν τε παῖδα αὐτοῦ τὸν 5
 νεώτερον Μεχμέτην μετεπέμπετο ἐπὶ τὴν ἀρχὴν· ὁ γὰρ προ-
 σβύτερος αὐτοῦ Ἀλαδίνης οὐκέτι περιῆν, ἀλλ' ἐτετελευτήκει
 ὑπὸ ἵππου ἐκτραχηλισθείς, κυνηγετοῦντος αὐτοῦ καὶ ἐπιθέον-
 τος ἀνὰ κράτος ἐπὶ τὴν ἔλαφον. οὗτος μὲν οὖν οὕτως ἐτε-
 λεύτησε, Μεχμέτην δὲ τὸν νεώτερον παῖδα περιόντα, ὡς 10
 C ἐλέγετό μοι. τότε ἐπὶ τὴν ἀρχὴν μετεπέμπετο. ὡς δὲ ἀφί-
 κετο, ἐπιτρέψας αὐτῷ τὴν ἀρχὴν καὶ τὰς θύρας καὶ τοὺς
 νεήλυδας αὐτὸς ᾤχετο διαβάς ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, ἐς Προῦσαν,
 ἧ τὰ τῆς Ἀσίας βασιλεία ἦν. τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν ἀποθέμε-
 νος μετὰ ζιχίδων τῶν παρ' αὐτῶν Ναζηραίων καὶ σειτιδῶν 15
 καὶ τῶν τοῦ γένους σοφῶν πολλὰ διέτριβεν· οὐ πολλῷ δὲ
 ὕστερον μετέμελέ τε αὐτῷ ἀπιόντι ἐκ τῆς ἀρχῆς καὶ ἰδιωτεύ-
 οντι. ὡς δὲ οὐκ ἠνέσχετο, ἔπρασσε ὅπως ἐπανιών τὴν ἀρ-
 χὴν κατάσχοι καθ' ἡσυχίαν, ὡς δὲ μὴ ἐς διαφορὰν ἀφικνου-
 μένου αὐτῷ τοῦ παιδὸς κινδυνεύοι αὐτῷ τὰ πράγματα, καὶ 20
 αἰτίαν ἔχοι πρὸς τοῦ γένους οἷα ποιεῖ. ἔπρασσε δὲ ὅπως ἐπα-
 νέλθοι μετὰ Χαλίλεω τοῦ Πραΐμεω, ἀνδρὸς συνήθους αὐτῷ

20. αὐτοῦ τοῦ παιδὸς κινδυνευομένου P

filio, et abiturum in Asiam, ut ibi vitam traduceret admixtus sacer-
 dotibus et Nazaraeis, et culturum frequenter Heroem, eique immola-
 turum. cum igitur Pannonibus victoriam extorsisset, rege eorum pe-
 rempto domum rediit, filiumque iuniorem accersivit ad regni guber-
 nacula. nam filius eius Aladines natus maximus haud amplius super-
 stes erat, sed naturae debitum exolverat, praecipitatus ex equo in
 venatione, cum persequeretur cervum. is quidem in hunc modum
 occubuit. Mechetem autem iuniorem ad regni moderamen vocavit.
 cum autem venisset vocatus, regnum et ianuas necnon peregrinos
 pater eius fidei committens ipse profectus est Prusam, ubi Asiae se-
 des regia est. abdicato igitur regno cum Zichidis, qui Turcorum Na-
 zaraei sive monachi sunt, et cum Seitidis necnon cum reliquis do-
 ctis conversatus est. nec multo post poenituit virum, quod regno
 relicto nunc privatam sequeretur vitam. cum autem praesentem vi-
 tae condicionem haud ferre posset, consilia agitavit, qua ratione ci-
 tra tumultum regiam dignitatem reciperet. sedulo enim praecavebat
 ne, si filius sentiret quid ipse moliretur, bellum exoriretur, cuius ipse
 auctor ab Turcis haberetur. quae quidem facere instituit, ad finem
 deduxit, videlicet ut rediret ad regnum opera et industria Chatitis

ἐς τὰ μάλιστα καὶ οἱ ἐπιτηδείως ἔχοντος αἰεὶ. αὐτὸς μὲν D
 οὖν ἔπεισε τὸν παῖδα ἐς ἄγρας φοιτῶντα γυμνάζεσθαι ὡς
 κάλλιστα ἐφ' ἵππου· καὶ ἐπειδὴ ἔπειθε, κρύφα ἔπεμπε τῷ
 πατρὶ αὐτοῦ, μηδὲν δεδιότα, ἄφνω ἐς τὴν ῥητὴν αὐτῷ
 5 ἡμέραν ἀφικόμενον ἐς τὰ βασιλεία τῆς πόλεως χρηματίζειν
 τοῖς ἐν τῇ πόλει ὡς βασιλέα. ὁ μὲν οὖν, ὡς ὑπειπίθετο, ἐς
 ἣν αὐτῷ συνέθετο ἡμέραν, παρεγένετό τε ἀπόντος αὐτῷ τοῦ
 παιδὸς ἐς τὴν ἄγραν καὶ κνηγειοῦντος, παραγενομένου τε
 κατέσχε τὴν βασιλείαν, χρηματίζων τοῖς ἐν τῇ πόλει τῶν θυ- V. 146
 10 ρῶν ὡς βασιλεύς. ὁ μέντοι παῖς αὐτῷ ὡς ἦσθετο ἐπανιόν-
 τος τοῦ πατρὸς αὐτῷ ἄφνω, οὐκ ἔχων ὃ τι χρήσαιτο τῷ P. 187
 πράγματι, προσῆει τε καὶ προσεκύνησε· καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε
 παρῆγεν αὐτῷ ἐς ἣν ἂν στρατεύηται χώραν. τὸν μέντοι παῖ-
 15 δα οὐκ ἐλάτθανεν ὡς αὐτῷ ταῦτα εἶη διαπεπραγμένος Χαλί-
 λης ὁ Πραΐμεω, καὶ ἦχθετό τε ἀξίως, οὐ μέντοι γε ἀνεδήλου
 αὐτῷ τὴν ὄργην· ἦδει γὰρ μέγα δυνάμενον παρὰ τῷ πατρὶ.
 Τότε μὲν οὖν ἐς τὴν Ἀμουράτεω ἐπάνοδον ἐπὶ τὴν βα-
 σιλείαν οὕτως ἐγένετο· ἐπεὶ δὲ ἀπήγαγε τὸν στρατὸν ἀπὸ
 τῆς πρὸς τὸν Ἴόνιον Μακεδονίας τῆς τῶν Ἀλβανῶν χώρας,
 20 τοῦτο μὲν τὸ ἔτος διέτριβεν ἐν τοῖς Εὐρώης βασιλείοις ἡσυ-
 χίαν ἄγων, τῷ δ' ἐπιόντι ἐνιαυτῷ αὐθις, ἐπεὶ περιαγγέλλει B
 τῷ στρατεύματι ἔπεσθαι, ἐστρατεύετο αὐθις ἐπὶ Σκενδέρην

11. τῷ omP

filii Priami, quo familiariter utebatur et cum quo ei artissima intecesserat necessitudo. Chatites ergo ubi sententiam Amuratis satis intellexit, puerum Mechemetem venatum ire iubet, ut se quam pulcherrime ex equo exerceret. quī dicto audiens venatum abiit. interea Chatites nuntium mittit ad patrem, quem subito dicta die nihil veritum in urbis regiam venire et ius dicere ut regem civibus iubet. Amurates, quemadmodum iussus erat, filio venatione occupato ad praestitutam diem advenit. adveniens regnum invasit; civibus ianisque ut decet, ius dixit. filius ut accepit patrem mutata voluntate regnum recepisse, nesciens quid ageret in praesenti negotio, tamen accessit patremque regem adoravit, eumque secutus est, quocumque militatum abiisset. nec latuit Mechemetem opera Chatitis patrem quam maxime adiutum ista egisse. et quamvis Chatiti merito irasceretur, iram tamen ostendere noluit, veritus viri potentiam, qua plurimum pollebat apud patrem Amuratem.

In hunc modum eo tempore propter patris in regnum reditum filius affectus erat. postquam autem exercitum ab Macedonia, quae versus Ionium patet, quae Albanorum regio est, per eum annum in Europae regia quietem agens mansit. ineunte deinde anno iterum expeditionem sumpsit contra Scenderem Ibanis filium et con-

τὸν Ἰβάνεω καὶ ἐπὶ τὴν ταύτη κατὰ τὸν Ἴόνιον Ἀλβανῶν χώ-
 ραν, καὶ ἐπῆει πολλῶ θυμῷ ὡς ἐξελῶν τε τὴν Κρούην καὶ
 αὐτὸν Σκενδέρην ἐξαιτησόμενος τοὺς Οὐνετιούς, καὶ ἦν μὴ
 ἀποδοῖεν αὐτόν, ὡς πολιορκήσων τὴν πόλιν ἐς ἣν αὐτὸς κα-
 ταφυγὼν ἐσῆει. ἐπεὶ δὲ εἰσέβαλεν, ἐπορεύετο ἰθὺ ἐπὶ τὴν 5
 Κρούην, καὶ τὴν τε χώραν, ὅση ὑπελείπειο τὴν ἀρχὴν αὐτῶ
 ἀσινῆς, ἐπέδραμέ τε αὐτοῦ τὰ στρατεύματα, καὶ ἐπέκαον πῦρ
 C ἐνιέντες, ὅτῳ ἂν αὐτοῖς περιτύχοιεν. ἐπέδραμε δὲ καὶ ἄχρῳ
 τοῦ ποταμοῦ τοῦ . . . τὰ στρατεύματα. τὴν δὲ ἐπέκεινα
 τοῦ ποταμοῦ χώραν οὐχ οἶά τε ἦν ληΐζεσθαι διὰ τὸ ἄβατον 10
 εἶναι πάντῃ τοῖς βασιλέως ἵπποδρόμοις. καὶ οὗτοι μὲν, τὰς
 τε γυναῖκας καὶ παῖδας ὑπεκθέμενοι ἐς τὰ ἐχυρὰ τῶν Οὐνε-
 νειῶν, συνελέγοντο ἐς τὸ ὄρος τὸ ὑπὲρ τὴν Κρούην πόλιν
 αὐτῶν. ἐνταῦθα δὲ ὑπεξαγαγὼν τὰς γυναῖκας καὶ τὰ παιδία
 κατέθετο ἐς τὰς τῶν Οὐνετιῶν πόλεις, τοὺς δὲ ἄνδρας κατέ- 15
 λιπεν ἐν τῇ πόλει ἀμννουμένους καὶ τὰ τεῖχη φυλάζοντας,
 καὶ τούτους ἐπιλεξάμενος τοὺς ἐθέλοντας αὐτοὺς ὑποστῆναι
 D τὸν ἀγῶνα. Ἀμουράτης μὲν οὖν τὰς τε τηλεβόλους παρε-
 σκευάζετο καθεζόμενος ὡς τὸ τεῖχος καθαιρήσων, καὶ παρα-
 μένων ἅμα σὺν τοῖς νεήλυσιν ἐς τὴν πόλιν. ἐπεὶ δὲ αὐτῷ 20
 τὰ πάντα παρεσκευάστο, ἔτυπτε τὸ τεῖχος τηλεβόλοις καὶ
 κατέβαλε μέρος πολὺ. Σκενδέρης δὲ ἀπὸ τοῦ ὄρους πυρᾶ τε

tra eam quae isthic sita est Albanorum regionem, cum iussisset uni-
 versos exercitus instructos et paratos praesto esse. plenus igitur ira-
 rum proficiscebatur versus Cruam, quasi eam vi expugnaturus. prae-
 terea in animo habebat expostulare cum Venetis, ut Scenderem tra-
 derent: quod si facere omitterent, se obsessurum urbem quamcunque
 Scenderes fugiens intrasset. ut regionem hostilem est ingressus, rec-
 ta contra Cruam properabat, et in eam regionis partem, quam antea
 intactam et inviolatam ab populationibus reliquerat, suos milites in-
 cursiōnem facere iubet. qui dicto audientes incendiis omnia, ignem
 iniicientes, miscuere. et hanc regionem misere vastarunt usque ad
 flumen * * verum regionem ultra flumen sitam populari nequivere,
 quia regiis equitibus haud erat pervia. Albani autem uxoribus et
 liberis in munita Venetorum loca ablegatis colligebantur in montem,
 qui Cruae urbi imminet. hinc Scenderes educens uxores et liberos,
 deponebat eos in urbes Venetorum. viri vero relinquebantur in urbe,
 ut resisterent hosti moeniaque defensarent. et hi potissimum huic
 negotio destinabantur, qui volentes, non coacti, praelium subire cupie-
 bant. Amurates bombardas expediebat, assidens ut murum disii-
 ceret, et deinde cum peregrinis irrumpens urbem sui iuris faceret.
 omnibus autem, quemadmodum oppugnatio requirebat, comparatis,

ἔκαυσεν, ἐπιδεικνύμενος τοῖς ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐπειδὴν χρεία ἦ παρεσόμενος καὶ αὐτὸς ἐπιβοηθήσων, καὶ τινων τῶν τοῦ βασιλέως ἀναβάντων ἐπὶ τὸ ὄρος προσέβαλέ τε καὶ ἐμάχετο, ἔργα ἀποδεικνύμενος ἄξια λόγου. ἐπεὶ δὲ τῷ βασιλεῖ ἤδη 5 ἰκανῶς καταβέβλητο τὸ τεῖχος, ἐς μάχην καθῆστο πανστρατιᾶ, καὶ ἐπειρῶντο οἱ νεήλυδες ἐλεῖν ταύτην ἢ ἔκειτο τὸ τεῖ- P. 188
χος ἐπὶ γῆς· οὐ μέντοι ὑπερεβάλλοντο τοὺς ἐν τῇ πόλει, παρ' ἐλπίδα ἀγωνισαμένους.

Ἐνταῦθα ὡς ἐπενόει λιμῶν ἐκπολιορκήσειν, καὶ αὖθις τὸ
10 δευτέρον προσβαλὼν κατὰ τὸ καρτερόν, ἀφικνεῖται ἀγγελίη παρὰ Γεωργίου τοῦ Τριβαλλῶν ἡγεμόνος ὡς Ἰωάννης συναθροίσας τοὺς Παίονας τὸν τε Ἴστρον διαβαίνει καὶ συμπαραλαβὼν στρατεύοιτο ἐπ' αὐτόν. ταῦτα ὡς ἐπύθετο, τὴν ταχίστην συσκευασάμενος ἀπῆει ἐνταῦθα ἢ ἐπιόντα ἐπυθάνετο,
15 καὶ κήρυκα ἔπεμπε πρὸς τὴν Εὐρώπην περιαγγέλλοντα παρεῖναι αὐτῷ ὡς ξύμπαντας τῶν Τούρκων. οὗτοι μὲν οὖν πα- V. 147
ρεγένοντο αὐτῷ, ὡς ἔνυχεν ἕκαστος ἐκποδὼν γενόμενος, ὡς B ἐν ὥρᾳ παραγένοιο ἕκαστος καθιστὰς αὐτῷ ἐς μάχην. ἐλαύρων δὲ παντὶ τῷ στρατῷ πρὸς τινος τῆς Μυσίας αὐτοῦ χῶ-
20 ρας κατὰ τὴν Τριβαλλῶν αὐτῶν χώραν (ἔστι δὲ αὕτη ἡ χώρα, παρ' ἣν ἀμείβει Μοράβας ποταμὸς καὶ ἐκδιδοῖ ἐς τὸν

1. καὶ] ὡς?

11. ὡς Ἰωάννης] cf. Hammer I p. 659 i.

murum bombardis feriebat, eiusque partem destruxit maximam. Scenderes ignes in monte fecit, eosque suis, qui intra urbem erant, ostendit, ut scirent, quandoeunque necessitas postularet, se affuturum auxilio. cum regii quidam ascenderent montem, Scenderes eos aggressus est, praeliaturque, opera memorabilia edens. cum autem regi videretur murum satis esse stratum, universis copiis oppugnationem occipit. peregrini eo loci urbem capere parabant, ubi murus disiectus erat.

Nec tamen superare potuerunt oppidanos, qui praeter spem fortissime pugnabant, cum desperatio animos fecisset. deinde cum fame urbem perdomare statuisset, denuo copias universas contra urbem in aciem eduxit. interea nuntius venit ab Georgio Triballorum duce, qui nuntiabat Ioannem Choniatem congregatis Pannonibus plurimis traicere Istrum et contra ipsum hostili animo pergere. his auditis Amurates continuo, omnibus impedimentis et sarcinis collectis, urbe quam obsidebat digressus est, obviamque hosti processit, qua eum venturum cognoverat. misit quoque Amurates praeconem in Europam, qui ediceret ut Turci omnes ad regem convenirent. qui ubi primum regis voluntatem intellexere, citissime advenerunt, cum singuli conarentur in tempore adesse, ut pro rege certarent. hinc cum universo exercitu profectus est in quandam Mysiae regionem, per regionem Triballorum. ea autem regio

Ἰστρον· παρήκει δὲ ἡ χώρα τοῦ βασιλέως ἐντεῦθεν ἐπὶ σταδίους ὀκτακοσίους ἔστε ἐπὶ Νήσιον, πόλιν τοῦ βασιλέως, ἐπὶ δεξιᾷ ἰόντι, ἐς τὸ πρόσω Νοβόπυρον πόλιν ἐπὶ ὄρους μεγάλου τοῦ Τριβαλλῶν ἡγεμόνος οἰκεῖται) ἐν-
 C ταῦθα ἀφικόμενος Ἀμουράτης εὔρεν ἐπεξελαύνοντα Ἰωάννην 5
 τὸν Χωνιάτην σὺν τῷ Παιόνων στρατῷ. ἦσαν δὲ Παίονες καὶ Δακοὶ συναμφοτέροι ἐς τετρακισμυρίους καὶ ἑπτακισχιλίους ἰπέας, καὶ ἀμάξαις ἐφέροντο, ἐν αἷς ἦν αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια καὶ τὰ ὄπλα, ἀμφὶ τὰς δισχιλίας. ἐφ' ἐκάστης δὲ ἀμάξης δύο ἦσθην ἄνδρες πεζῶ, πελταστής τε ἅμα καὶ τηλε- 10
 βολιστής. ἐφέροντο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀμαξῶν τηλεβόλους ζαροβοτάνας καλουμένας, πολὺ τὸ πλῆθος. οὗτοι μὲν οὖν παρασκευασάμενοι [ἐς] τὸν Ἰστρον διέβησαν. προυκαλοῦντο δὲ σφίσι καὶ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνα ἐς τὸν πόλεμον· ὁ δὲ
 D ἔφησεν οὐχ ὄραν ἀξίαν τὴν παρασκευὴν τῆς κατὰ Ἀμουρά- 15
 τω στρατιᾶς, ὥστε περιγενέσθαι αὐτοὺς τῆς βασιλέως δυνάμεως Ἀμουράτew, καὶ δεδιέναι μᾶλλον ἐκεῖνον ἢ τοὺς Παίονας οὓς ἀλλοφύλους τε ὄντας καὶ μέγιστα κακῶν ἐργασάμενους αὐτόν, καὶ ἰμείρεσθαι μὲν τίσασθαι Ἀμουράτη τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐκτυφλώσαντα, ἀδύνατα δὲ ὁρῶντα τῇ παρουσίᾳ 20
 παρασκευῆ ὑπερβαλέσθαι τῆς τῶν πολεμίων δυνάμεως οὐκ ἂν ποτε ἐκόντα εἶναι χωρήσειν ἐς τόνδε τὸν πόλεμον. ταῦτα

16. στρατείας? 18. οὓς] τοὺς?

est, quam alluit Morabas fluvius et in Istrum effunditur. hinc se fundit regis regio ad octingenta stadia, usque ad Nesium urbem regis: ad dexteram procedenti Nobopyrum sive Bopyrum usque ad montem magnum Triballorum principis colitur. huc cum venisset Amurates, invenit Ioannem Choniatem cum Pannonum exercitu hostili animo adversum se pergere. in castris Choniatis erant quadraginta milia peditum, tam ab Pannonibus quam ab Dacis allecti. septem milia equitum erant, et curribus vehebantur alii, quorum numerus erat bis mille. in his arma et necessaria ad expeditionem subvehebantur. in singulis duo viri stabant, scutifer et bombardarius. in iisdem vehebantur bombardae plurimae, quas Zarobotanas nominant. in hunc modum armati et instructi Istrum transgressi sunt. at Triballorum dux cernens Pannonum exercitum non adeo esse validum ut copias regis vincere posset, magisque metuens Amuratem quam Pannonες alienigenas, a quibus multa mala esset perpessus: et quamvis esset admodum cupidus ulciscendi Amuratem, qui filios eius oculis privarat, attamen haud volenti animo istam expeditionem adiunctus Pannonibus subibat, immo eam prorsus recusabat. haud enim Pannonες satis firmi videbantur ad debellandas copias regis. haec

ἀποκριναμένου ἐπαπειλήσαντα τὸν Ἰωάννην ἐλαύνειν ἐς τὸ
 πρόσω, ἐσβαλόντα δὲ ἐς τὴν βασιλέως χώραν, ἄχρις Ἀριστί- P. 189
 νου ἀφικόμενον, στρατοπεδεύεσθαι αὐτοῦ ἐν Κοσόβῳ πεδίῳ,
 ἐν ᾧ Ἀμουράτης ὁ Ὀρχάνεω μαχεσάμενος πρὸς Ἐλεάζαρον
 5 μάχην αὐτὸς τε αὐτοῦ ταύτη ἐτελεύτησεν ὑπὸ Τριβαλλοῦ
 καὶ τὸν γε Ἐλεάζαρον ἀνεῖλεν ἐν τῇ μάχῃ. ἐπεὶ δὲ ὥρμητο
 Ἰωάννης στρατεύεσθαι ἐπὶ Ἀμουράτη δι' αἰτίαν τήνδε. ὡς
 γὰρ ἐν τῇ Βάρῃ μάχῃ ἑώρα τοὺς Τούρκους φεύγοντας καὶ
 ἑαυτῷ ἐς χεῖρας ἐλθόντας καὶ ἐνδιδόντας, αὐτίκα ἐνόμισεν
 10 εὐπειῇ μὲν καὶ τότε ὄντα τὰ πράγματα αὐτῷ χειρωθῆναι,
 εἰ μὴ διὰ τὴν βασιλέως Λαδισλάου ἀφροσύνην, καὶ ἐσαυθις
 δὲ χαλεπὰ οὐκέτι ἔσεσθαι κατεργάσασθαι. ἔφερε δὲ αὐτοῦ
 ἡ γνώμη καὶ πλείονα στρατὸν συναγείραντα ἐξελαύνειν, ὥστε B
 καὶ τῷ πλείονι καταπλητιτόμενον αἰρήσειν τὸν Ἀμουράτη
 15 οὔτω δὴ τοι εὐπειῶς, ὥστε μηδ' ὅπως οὖν ἐνδοιάζειν. προ-
 οβενσάμενος δὲ ἐπὶ Σκενδέρη τε καὶ Ἀριανίτην, ἐν τῷ ἔχων
 αὐτοὺς προΐοντας ἐς τὸ πρόσω τῆς Εὐρώπης συμμῖζαι οὔτω
 γὰρ προείρητο καὶ τοῖσδε. ἐπεὶ δὲ ἐς Κόσοβον τὸ πεδῖον
 Ἀμουράτης ὁ Μεχμέτεω ἀφίκετο, ὡς εὔρε τοὺς πολεμίους
 20 ἐλαύνοντας, ἐστρατοπεδεύετο. λέγεται δὲ γενέσθαι αὐτῷ τὸν 1448
 στρατὸν ἐς πεντεκαίδεκα μυριάδας. καὶ τῇ ἰστεραίᾳ αὐτίκα d. 17 Oct.

8. ἐν τῇ ἐν Βάρῃ? 9. καὶ ἄλλ' R, tanquam praecesserit καὶ
 ἑαυτῷ οὐδ' ἐς χεῖρας ἐλθόντας. 14. καταπλητιτόμενον P
 τὸν] τῷ P

cum Pannonibus respondisset, Ioannes eo responso irritatus graves
 minas in Triballorum ducem iactavit. nec tamen omittens coeptam
 expeditionem, copias in regis regionem infestas induxit: progressus-
 que Aristinum usque, castra in Cosobo campo communivit, ubi olim
 Amurates Orchanis filius, cum Eleazaro Serviae Despota manus con-
 serens, eumque interficiens, ipse quoque occubuit, interfectus a viro
 Tryballo. caussa quae Ioannem ad istud bellum traxerat, haec erat.
 quum vidisset in eo certamine, quod Varnae commissum erat, Tur-
 cos, ubi primum ad manus venissent, cecidisse, et fugam arripuisse:
 putavit Turcos facile vinci potuisse, ni obstitisset Vladislai regis im-
 prudentia. ne nunc quidem difficile et laboriosum dicebat Turcos
 bello domare. animo igitur agitabat maiorem comparare exercitum,
 ut Amuratem copiis perterritum vinceret. haec adeo proclivia et fa-
 cilia factu putabat, ut ne dubitaret quidem quin, quemadmodum ani-
 mo concepisset, omnia essent eventura. missis legatis ad Scenderem
 et Arianitem, utrumque in Europam progredi et sibi coniungi iubebat. his
 sic praeceptum est. Amurates ut in campum Cosobum venit, ibi castra
 metatos esse cognovit Pannonnes. proinde et ipse castra munit. Amu-
 rates autem in armis dicitur habuisse quindecim myriades hominum.

παρειάσσετο ὡς ἐς μάχην. παρειάσσετο δὲ καὶ τὰ τάγμα-
 τα. καὶ ἐς μὲν τὸ δεξιὸν αὐτοῦ κέρας τὸ τῆς Ἀσίας ἐτάσ-
 Cσειο στρατεύμα, στρατηγὸν ἔχων Σκουῖραν, ἐς δὲ τὸ εὐών-
 V. 148 μων ὁ τῆς Εὐρώπης στρατηγὸς Καραζίης, ἔχων τὸ τῆς Εὐ-
 ρώπης στρατεύμα. τοὺς μέντοι ἵπποδρόμους ἕκαστος τῶν 5
 ὑπάρχων ἔχων παρειάσσετο. ἐν μέσῳ δὲ τούτοις ἴδρυτο
 αὐτὸς βασιλεύς, ἐνθα αὐτῷ νομίζεται στρατοπεδεύεσθαι, χά-
 ρακα προβαλόμενον, μετὰ δὲ ταῦτα τὰς καμήλους στησάμενον
 αὐτοῦ ταύτη, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς θυρεοὺς πηξάμενον. ἐπὶ
 τούτοις τοὺς νεήλυδας ἐτάξατο σὺν τοῖς τηλεβόλοις τε ἅμα 10
 καὶ τηλεβολίσκοις καὶ τοῖς ἄλλοις. ἐπεὶ δὲ ἐτάξατο, ἀντεπήει
 καὶ Ἰωάννης ὁ Χωνιάτης, συνταξάμενος ὧδε. τὸ μὲν δεξιὸν
 αὐτοῦ εἶχον οἱ Παιόνων ἄρχοντες καὶ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ
 (Σεκούλης δὲ ἦν τοῦνομα αὐτῷ) καὶ Εἰλόκης καὶ Μεγαλού-
 ! D σης, ἐν μέσῳ δ' αὐτὸς ἐτάσσετο Χωνιάτης, ἔχων τοὺς τε βι- 15
 τέξιδας καλουμένους καὶ τὸν Ἀρδελίου στρατὸν. τὸ δὲ εὐώ-
 νυμον Δᾶνος εἶχεν αὐτῷ ἐπιτήδειος ὢν, ὃν καταγαγὼν ἐς
 τὴν Δακίαν χώραν διὰ τὸ πρὸς τὸν Δρακούλη αὐτοῦ ἔχθος
 ἐκεῖνόν τε τῆς ἀρχῆς ἐξήλασε, καὶ τὴν χώραν ὑφ' αὐτῷ ποιη-
 σάμενος τὸν γε Δᾶνον ἐπέστησεν ἄρχειν αὐτῆς. ἦσαν δ' 20
 αὐτῷ Δάκες ἀμφὶ τοὺς ὀκτακισχιλίους παραγενόμενοι ἐς τὸνδε
 τὸν πόλεμον.

Ἐπεὶ δὲ ἅμφω συνταξάμενοι προήεσαν ὡς συμβολὴν

postero die confestim accingebatur ad praelium. iuxta eum instrue-
 batur acies. in dextrum cornu aptabatur exercitus Asianus, cui prae-
 erat dux nomine Scuras. sinistrum cornu tenebat exercitus ab Eu-
 ropa conscriptus, quem regebat dux Carazies. iuxta utrosque po-
 nebantur equites cum suis ducibus. mediam aciem occupabat rex.
 quando autem Amurates castrametatur, primo castra vallo firmat,
 deinde camelos locat, dein scuta defigit, deinceps peregrinos cum
 bombardariis necnon reliquis collocat. rex ubi aciem exornave-
 rat, etiam Choniates suos in aciem educit, eamque hoc pacto in-
 struit. dextrum cornu tenuere Pannonum praefecti, necnon pa-
 trueles Choniatis, Secules et Eiloces Megalusesque. mediam aciem
 curabat Choniates. cum Bitezidis militibus et Ardellii exercitu. si-
 nistro cornu praefuit Danus Choniatis amicus, quem in Daciae prin-
 cipatum produxit odio Draculis; quem Daciae principatu deturbavit,
 et in eius locum substituit Danum, cui Dacos parere iussit. hunc
 in id bellum secuta erant octo milia Dacorum.

Cum autem utrinque acies instructae stetissent, iamque praelium
 poscere viderentur, ibi bitezes, unus e numero Choniatis militum, in
 medium procursans et equo insedens provocabat ad singulare certa-

ποιησόμενοι, ἐνταῦθα βιτέζης, τῶν τοῦ Χωνιάτου στρατιωτῶν
 εἷς, ἐν μέσῳ ἀμφοῖν προελαύνων τῷ ἵππῳ προυκαλεῖτο αὐ-
 τοῦ τὸν ἀπὸ τῶν Τούρκων μονομαχήσοντά τινα, πρὶν ἢ τὰ P. 190
 στρατεύματα συμέναι ἐς ταῦτό. ὡς δὲ ἔγνωσαν οἱ Τούρκοι
 5 αὐτὸν μονομαχήσοντά τιμ προσεληλυθέναι, ἐστήκεσαν καὶ αὐ-
 τοί. καὶ ἐνταῦθα ἐξελαύνει ἀπὸ τοῦ στρατοῦ τοῦ ἐτέρου
 Ἐλιέζης ὁ Βαρησατάγα παῖς, τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ὑπάρχων ἑνός,
 ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γενομένου τὰ πολέμια καὶ πρότερον τῶν νεη-
 λύδων ἄρχοντος ἐν ταῖς βασιλέως θύραις. οὗτος δὴ ἐπεὶ ἐς
 10 τὸ μέσον προῆι, ὁμίσε τῷ Παίονι ἴετο. καὶ τοῖς δόρασιν
 αὐτίκα ἐπιόντες ἀλλήλοις τὰ τε δόρατα κατέαξαν, καὶ ὁ μὲν
 βιτέζης ἔπεσεν αὐτοῦ σὺν τῷ ἵππῳ ἐς τὴν γῆν, Ἐλιέζης δὲ
 ἐκκοπέντος τοῦ ἐπιστήθου καὶ ζώνης σὺν τῷ ἐφίππιῳ ἐπὶ
 τοῖς ἐσχάτοις τοῦ ἵππου ἐγεγόνει ἱππεύων. ὁ γὰρ ἵππος B
 15 ἀμείνων τούτου πολλῶ ἦν. καὶ οὐκ εἶχε μὲν ὅπως τὸν
 Παίονα διαχρήσαιο πεσόντα σὺν τῷ ἵππῳ, ἅτε καὶ αὐτὸς
 χαλεπῶς καὶ μόγις ἱππεύων. πεσόντος μέντοι τοῦ Παίονος
 ἀλάλαξαν μέγα τὸ τῶν Τούρκων στρατεύμα, οἰωνὸν ποιησά-
 μενοι. ἐπεὶ δ' ἀμφοτέρω ἤλασαν ἐς τὸ ἑαυτῶν ἑκάτερος
 20 στρατόπεδον, ἐνταῦθα Ἀμουράτης ὁ βασιλεὺς μεταπεμψά-
 μενος Ἐλιέζην εἰς ὄψιν τὴν ἑαυτοῦ ἔλεγε τοιάδε. “ὦ παῖ, πό-
 θεν δὴ οὕτω ἐγένου ἀγαθὸς τὰ πολέμια, οὕτω πρότερον
 ἄλλη πη μαχεσάμενος, οὕτω παραγενόμενος στρατῷ μαχο-

1. ποιησόμενοι P. 2. προσελαύνων P. 8. γεγόνος P. 22.
 οὕτω] οὐδὲ?

men unum e Turcis, antequam acies concurrerent. Turci ubi explo-
 rarunt virum istum processisse, ut certamen singulare committeretur,
 constitere et ipsi. hinc continuo ab Turcorum exercitu proficiscebatur
 Eliezes filius Barizae, de numero praefectorum Asiae, viri illustris et
 in re militari excellentis, qui quondam dux extiterat peregrinorum in
 ianuis regis. hic ubi in medium processit, obviam pergebat Pannoni.
 et cum hastis infestis concurrerent, hastae fractae sunt. et Bitezes
 una cum equo in terram corruit. Eliezes conscisso pectorali, et zona
 cum ephippio soluta, postremae equi parti insidens vehebatur: huius
 enim equus longe melior erat altero. nec tamen lapsum Pannonem
 perimere quivit, quia ipse quoque aegre et difficulter equo portaba-
 tur. Pannone in terram ex equo effuso clamorem maximum sustulit
 Amuratis exercitus, cum bonum id quasi omen rei gerendae duce-
 rent. cum uterque ad suum exercitum esset digressus, ibi tum Amu-
 rates Eliezem ad se vocatum in hunc modum allocutus est. “o puer,
 ex quibus initiis tantam rei militaris nactus es scientiam, cum certo
 constet te antehac nulla fecisse stipendia? nunc autem rerum bel-

C μένω, ὥστε ἐκμαθεῖν πῶς δέοι συμβαλεῖν;” τοῦ δὲ εἰπόντος
 “ὦ βασιλεῦ, ἀπὸ λαγῶ τούτην ἔμαθον τὴν ἀνδραγαθίαν” ἐν
 θαύματι ποιησάμενον τὸν βασιλέα ἐρέσθαι αὐτὸν λέγεται “καὶ
 πῶς ἂν δῆ, ὦ νεανίσκε, ἀπὸ λαγῶ γένοιτο ἂν τις ἀγαθὸς τὰ
 πολέμια;” τὸν δὲ φάναι “ἐγὼ τοίνυν, ὦ βασιλεῦ, ἐν τῇ Ἀσίᾳ 5
 διατρίβων, καθ’ ἣν ἡμᾶς ἐπέστησας χώραν καὶ τὸν γε πα-
 τέρα ἐμὸν ὑπαρχον ἀπέδειξας, ἐφοίτων ἐς ἄγραν, καὶ ποτε
 λαγῶν ἐν κοίτῃ εὐράμενος ᾤκηθην ἀσφαλέστερον εἶναι μοι,
 ὥστε τὸν λαγῶν μὴ διαφυγεῖν, οἷστῳ βαλόντα ἀνελέσθαι·
 κράτιστοι γὰρ πάντων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν λαγῶν οἱ ἐν τῇ Ἀτ- 10
 ταλία θεῖν εἰσὶ, καὶ οἱ κράτιστοι τῆς Εὐρώπης αἰροῖεν. ἐπῆν
 D δὲ μοι ταῦτα ἐπιλεγόμενῳ φαρέτρῃ καὶ οἷστοι τετταράκοντα.
 ὡς δὲ ἐπιβάλλων τῷ τόξῳ τὸν οἷστον οὐκ ἐτύγχανον, δευτε-
 V. 149 ρον ἐπὶ τοῦτον ἐτόξευον. ὡς δὲ καὶ οὕτω λαγῶς μὲν ἐκά-
 θευδε, καὶ δεινὸν ἐπιούμην εἰ οὐκ ἐπιτυγχάνοιμι, ἐπταῦθα 15
 δὲ πάντας τοὺς οἷστους ἐξετόξευον. ἐπεὶ δὲ τὰ βέλη πάντα
 ἤφιετο καὶ λοιπὸν ἦν βέλος ἐμοὶ οὐδέν, αὐτίκα ἐπεχειρόμε-
 νος ἀφ’ ὑπνου ὁ λαγῶς ᾤχετο φεύγων, ὡς ἦσθετο τοῦ θορύ-
 βου. καὶ οἱ κύνες μὲν ἐς βραχὺ ἐπεδίωξαν, οὐ μέντοι εἶλον.
 τότε δὲ ἐπέγνων ὡς τὰ βέλη μοι κενὰ ἐγεγόνει, ὅτι εἰμαρμέ- 20
 P. 191 νον ἔτι ἦν τῷ λαγῷ ἐκεῖνῳ ἐπιζῆσαι. καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἐπι-
 λέξάμενος ψῆφον ἔμαντῷ, ὦ βασιλεῦ, ἐθέμην μήτε ξίφος

licarum imperitus cum huc accesseris, ita pugnasti in hostem quasi
 fastigium rei militaris attigeris.” ibi tum adolescens respondit “o
 rex, lepus me hanc docuit fortitudinem.” rex rei novitate ictus in-
 terrogavit “et quo tandem, quaeso, pacto, o adolescens, quis ab le-
 pore fortitudinem discat?” adolescens respondit “ego quidem in Asia
 eram, et in ea regione morabar cui patrem meum praefectum prae-
 posueras, ibamque venatum. forte in nido suo leporem reperi: pu-
 tabam igitur satis esse, ne lepus manus meas evaderet, eum sagitta
 traiectum interficere. lepores enim Attalia habet cursu celerrimos,
 verum Europa optimos. haec mihi cogitanti in promptu erat pha-
 retra quadraginta sagittis onusta. primam itaque sagittam mittens
 aberravi. secundam vero sagittam expedivi, quam similiter in lepo-
 rem iaculatus sum. et haec errore abducta leporem nihil laesit: ve-
 rum adhuc maxime stertebat. iniquo igitur ferens animo quod lepo-
 rem non vulnerassem, illico sagittas omnes in leporem torqueo. cum
 autem nulla amplius superesset, lepus ex somno experrectus, ut pri-
 mum sensit tumultum, aufugit. canes modicum fugientem persecuti,
 assequi non potuere. experientia igitur didici, cum tot sagittae irritae
 cecidissent, quod fatum vitam lepori prorogasset. et exinde ea sententia
 in animo fixa mansit, o rex, ut censerem neque gladium neque hastam

μήτ' αὐτὸν δόρυ μήτε οἷόν τ' ἔχειν δεδιέναι, ὡς ἦν ἐμοὶ πεπρωμένον εἶη ἐπιζῆσαι, οὐδ' ἂν τὸ δόρυ ἀφέλοιτο τὴν ζώην. διὰ τοῦτο δὴ ἦια θαρρῶν ὦ βασιλεῦ ἐπὶ τὸν Παίονα, ἐπιστάμενος ὡς εἰ πεπρωμένον μοι εἶη ἐπιβιῶναι, οὐδέν μοι χαλεπὸν ἔσοιτο ὑπὸ τοῦ Παίονος." ἀκούσαντα δὲ τὸν βασιλέα, καὶ ἀγασθέντα τὸν ψεανίαν τοῦ λογιζομένου, ἐσθῆτι μὲν αὐτίκα τότε ἐδώρησατο Σηρικῶ χρυσοπάστῳ, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιστῆσαι ἄρχοντα τῆς πατρῴας αὐτοῦ χώρας· ἐπετελεύτησε γὰρ ἤδη ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ τὴν χώραν ἄλλος ἐπειρόπενεν ὑπὸ βασιλέως τα-
 10 χθεις. δαιμονίως δὲ τὸ γένος τοῦτο τίθεται τῇ δόξῃ τῆς Β εἰμαρμένης, σχεδὸν καὶ οἱ ἄλλοι ὅσοι πρὸς τὴν τοῦ Μεχμέτεω θρησκείαν εἰσὶ τετραμμένοι.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐς τὴν μονομαχίαν ἐγένετο· ἐπεὶ δὲ τοῦ βασιλέως ἰδρυμένου κατὰ χώραν τὰ στρατεύματα συνόντια
 15 ἐμάχετο, τὸ μὲν Ἀσιανὸν στρατεύμα ἠσυχίαν ἤγε, δεδιότος τοῦ βασιλέως μὴ πρῶτα συμβολὴν ποιησαμένου ἐς τροπὴν γένοιτο, καὶ κινδυνεύσῃ αὐτῷ τὰ στρατεύματα διαφθαρῆναι αὐτίκα, καὶ ὑπερδειλιάσαντα οἴχηται. ἀλλὰ τὸ μὲν Ἀσιανὸν στρατεύμα εἰστήκει, τὸ δὲ Εὐρώπης διελόμενος ἐς μοῖρας
 20 ὅσας δὴ ἑώρα τοὺς Παίονας παραταξομένους ἐλαύνειν, κα- C θίστατο ἐς τὴν μάχην. καὶ οὕτω δὴ συμβάλλοντα τὰ τῆς Εὐρώπης στρατεύματα ἐμάχετο. πολὺ δὲ παρ' ἐλπίδα ἀγω-

6. ἐσθῆτι P 7. συρικῶ P 8. ἐπιτελευτήσαι R, ἐπεὶ τε-
 λευτήσαι P 20. ὅσα P

neque sagittas amplius mihi formidandas esse, quasi si fato sit ordinatum ut diutius vivam, hasta mihi vitam eripere non possit. quapropter pectore forti, nihil trepidans, contra Pannonem istum processi, sciens, si fato sit decretum ut diutius vivam, nihil periculi posse mihi ab eo ingruere." haec audiens mirum in modum rex delectatus est, et adolescentem propter ratiocinationem istam plurimum dilexit, eumque donavit veste Syrio opere, auro illito contexta. praeterea patriae regionis eum principem declaravit: pater namque adolescentis mortuus erat, aliusque regionem eam administrabat ex imperio regis. Turci quidem et omnes quotquot Turcicae superstitioni inhaerent, plurimum admodum fato tribuunt.

Atque haec in ea monomachia contigere, cum vero regii exercitus in campo collocati signis collatis praeliarentur, Asianus exercitus quietem duxit. rex enim verebatur, si Asiani primam coitionem fecissent, ne in fugam verterentur eorumque fuga etiam caeteros traheret. quapropter maluit exercitum Asianum potius et spectatorem potius praelii assistere. exercitum Europaeum in cohortes distribuit; et eum Pannonem praelii cupidos accedere conspiceretur, ne ipse qui-

μισάμενοι ἐμάχοντο ἀξίως λόγον. γενόμενοι γὰρ κατ' ὀλίγα
ὡς οἱ Παιόνες ἐπελαύνειν, ἔφευγον ἀνὰ κράτος, ὡς τοὺς
Παιόνων ἵππους ἐπιδιώκοντας κάμνειν τε ἰσχυρῶς καὶ ἀπα-
γορεύειν. καὶ ἐνταῦθα δὴ, ὡς οἱ Τοῦρκοι αὐτάρκως ἔχουσι
τῆς φυγῆς, διαστάντες τοὺς τε ἵππους ἐτόξευον καὶ ὀπίσθεν
ἐπιόντες κατέκαινον τοὺς Παιόνας· ἄτε γὰρ οἱ πλείους καὶ
ἐφ' ἵππων πολὺ βελτιόνων φερόμενοι, καὶ τέχνη τὰ πολλὰ
τὴν μάχην συνδιαχειρίζοντες, ἄμεινον ἐφέροντο τῶν Παιό-
Dνων. καὶ τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν πολλοὶ μὲν Παιόνων ἐπι-
πτον ἐν τῇ μάχῃ, πολλοὶ δὲ Τούρκων ἀπόλλυντο ὑπὸ Παιό- 10
νων. καὶ ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν ὅλην ἐμαχέσαντο ἀμφότε-
ροι καὶ ἰσοπαλεῖς ἐγένοντο· ἐπεὶ δὲ ὄψε ἦν, διέστησάν τε
ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἐπὶ τῶν στρατοπέδων ἀναχωρήσαντες ἐκά-
τεροι ἀνεπαύοντο.

Παιόνες μὲν οὖν οἰόμενοι τοὺς Τούρκους νυκτὸς οἰχθήσε- 15
σθαι ἀπίοντας καὶ οὐ μενούοντας ἐν τῇ τάξει. καὶ ἱπποδρό-
μων μὲν οὐκ ὀλίγοι ἀπήεσαν· ἐπεὶ δὲ τοὺς Τριβαλλοὺς εὐ-
ρισκόν ἐν τοῖς στενοῖς ἐπιμένοντας, αὐτοὶς ἐπανήεσαν ἐπὶ τὸ
στρατόπεδον. καὶ Παιόνες μὲν οὕτω ἐνόμιζον τῇ ὑστεραίᾳ
P. 192 βραχεῖ τινὶ μορίῳ τοῦ στρατοῦ ἀντιτάξασθαι ὡς τῶν ἄλλων 20
οἰχησομένων καὶ οὐ μενούων, καὶ οὕτω δὴ περιγενομένους
αἰρήσειν αὐτίκα τὰς βασιλέως θύρας· βασιλεὺς δὲ καὶ οἱ

1. ὀλίγους? 2. ἐπελαύνειν P 3. ἐπιδιώκοντες P 6.
οἱ] ὄντες? 20. ἀντιτάξασθαι P

dem praelium recusavit. in hunc modum congressi, Europae exer-
citus in cohortes secretus, praeter spem, egregie et memorabiliter pu-
guabat. proinde cum Pannonos Turcis appropinquare non auderent,
summa vi fugiebant. Turci Pannonum equos persequerentur, et gravi-
ter admodum ea in persecutione laborabant. lassique tandem et fati-
gati insequendo, hostium equos sagittis feriunt; Pannonosque a
tergo adorientes graviter urgebant. nam Turci numero et equorum
generositate superabant. praeterea plerumque non impetu verum arte
in praeliis utuntur. quapropter ea tempestate Turcorum res meliore
statu quam Pannonum erant. et quidem primo die multi Pannonos
in pugna cadebant, necnon plurimi Turci trucidabantur a Pannonibus.
per totum istum diem aequo utrinque Marte pugnatum est. vespera
autem appetente relinquentes praelium, uterque exercitus in sua ca-
stra colligebatur quietique se dabant.

Pannonos putabant Turcos noctu abituros nec amplius in castris
mansuros. et equites quidem non pauci iam discesserant. ubi au-
tem Triballos invenere expectantes in angustiis hostem abeuntem, in
castra redierunt. Pannonos quidem arbitrabantur se die crastino cum

Τοῦρκοι ἀναθαρσήσαντες οὐκ ἐν ὁμοίῳ ἔτι δέει ἐγίνοντο ἀμ- V. 150
φί τοὺς Παιόνας, θαρσαλεώτεροι δ' ὄντες παρεσκευάζοντο ὡς
ἐς τὴν ὑστέραιαν μαχόμενοι τρέψασθαι τοὺς Παιόνας.

Τὴν μὲν οὖν ἡμέραν ταύτην ἐς τοσοῦτον ἐγένετο· τῇ δὲ
5 νυκτὶ ταύτῃ Παιόνες βουλευόμενοι ὅπως τῇ ὑστέραιᾳ τὴν μά-
χην ποιήσονται, γνώμην ἀπεφαίνετο ἕκαστος ὡς ἐδόκει αὐτῷ
τὴν μάχην ποιῆσθαι, καὶ λόγος ἐγίνετο πολὺς. ἐνταῦθα B
βουλευομένων αὐτῶν, Ταούτης ὁ Σαούζεω, υἱοῦς τοῦ Ἀμου-
ράτεω, γένος ὢν τῶν Ὀτουμανίδων, παρελθὼν ἐς μέσον ἔλεξε
10 τοιαύδε. “ἡμῶν μὲν ἱκανὰ συμβέβληται ἔσσι τὴν Ἀσίαν καὶ
ἐς τὴν Εὐρώπην, οὐδὲ δεῖ ταῦτα προσέχοντας ἐς τὰ Ἀμου-
ράτεω πράγματα τὴν μάχην ποιῆσθαι, ἀνήνυτα ἐργαζομέ-
τους· οὐ γὰρ ἂν παρεχομένων σφᾶς κτείνειν τῶν ἀνδρῶν
τούτων δυναίμεθ' ἂν οὕτω γε εὐπειῶς χειρώσασθαι. ἀλλ'
15 ἐμοὶ δοκεῖ ὁ μαχόμενος τῷ πολέμῳ, ἦν μὲν βάλλη καιρίαν
πληγὴν, κατέβαλέ τε τὸν πολέμιον καὶ ἔχει καλῶς χρῆσθαι
τῷ στρατεύματι. ποῦ δ' ἂν βάλοι καιριωτέραν ἢ ἐν τῇ κε- C
φαλῇ; τό τε γὰρ σῶμα ἄγει πᾶν, καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἀκρόπολις.
ἦν δὲ μὴ καιρίαν βάλῃ, ἐπίπονα ἔσται καὶ χαλεπὰ καιρογα-
20 θῆναι τὰ τῶν πολεμίων. καὶ νῦν δὲ οὕτω δοκεῖ. ὁραῖτε
γὰρ ὡς αἱ θύραι τοῦ βασιλέως ἐστήκεισαν οὐδαμῇ ὠρμημέ-
ναι ἐπὶ τὴν μάχην, οὔτε ἀνακινδυνεύειν ἐθέλουσιν, ὡς τὸ πᾶν

11. δεῖ] δῆ P 18. ἄγειν P

parva hostilis exercitus manu congressuros, quasi caeteri diffugissent,
non expectantes hostem; et sic victoria facile potituros, regisque ia-
nuas debellaturos. rex vero Amurates et Turci se ipsi confirmantes
hand amplius metuebant Pannonos.

Animis igitur receptis, et plurimum exhilarati, accingebantur ad
praelium, quasi eo die qui sequeretur, praeliaturi cum hostibus eos-
que in fugam coniecturi. eo die quae modo memoravimus, conti-
gere. istam noctem Pannonos deliberando consumpsere; et cum con-
sultarent, singuli suam sententiam, quemadmodum sibi consultum vi-
deretur auspicari praelium, in medium adducebant. varii multique
habebantur sermones. ibi tum consultantibus Pannonibus Tautes
Sauzis filius, natus ex genere Otomanidarum, qui tum castra Ungaro-
rum sequebatur, Amuratis primi ex Sauze filio nepos, progressus in
medium huiusmodi orationem exorsus est. “nobis iam satis superque
in Asia et Europa pugnatum est. necdum animum advertimus ut pu-
gnandum sit contra Amuratem, ut res eius contundamus. nisi enim
peremerimus viros istos, non facile poterimus Amuratem vincere. at
mihi videtur, si quis certamen subeat cum hoste eique infligat leta-
lem ictum, hostem deiecit, et reliquo exercitu pro arbitrio uti pote-

φέρουσαι αὐτὰ τοῦ βασιλέως ὑγιῆ τε εἶναι, καὶ ἐς ἀνάγκην
 ἐπειδὴν περιστῆ, μάχεσθαι. φέρε οὖν, ταύτην κινήσωμεν τὴν
 βασιλέως σύνταξιν, καὶ οἰχομένης ταύτης ἡμῖν οὐδεὶς τῶν
 D ἄλλων μένειν ἐθέλη. δοκεῖ οὖν ἐμοὶ κινήσασθαι τὸ στρατόπεδον ἡμῖν
 ἅπαν, καὶ ταῖς ἀμάξαις, ἐφ' αἷς οἱ τηλεβόλοι καὶ τηλεβολίσκοι 5
 ἡμῖν τυγχάνουσιν ὄντες, ὑπὸ ταύτην τὴν νύκτα ἵεναι ὁμόσε ἐπὶ
 τὰς θύρας αὐτίκα, καὶ μὴ διαμέλλειν. καὶ ἦν ἐπίωμεν τηλεβόλοις
Graeci ubi intellexerē adversum se adventare classem regiam, catenas ferreas ab urbe quae ex adverso erat, extenderunt in Byzantii murum prope arcem. naves praeterea quotquot aderant, quarum quaedam auxilii ferendi gratia quaedam mercium appulerant, intra catenas sistunt, ut aditu regiam classem excluderent, ne intra portum veniret. is enim ad urbem patet stadiis octuaginta, et in continentem se porrigit stadiis centum et quinquaginta. urbis quidem illius moenia haud admodum firma sunt, nec admodum magna flumina habet, ut naves advenientes periclitentur. qua vero urbs spectat continentem, muros habet duos firmissimos. unus magnus et memorabilis est, alter extra situs est, verum praecedenti minor, fossam subiectam habens latitudine iugeri, lapidibus exstructam. rex cum Graecis deliberabat ubinam resistendum esset hosti. tandem visum est ut irent in exteriorē murum, qui fossa munitus erat, et repugnarent hosti, quemadmodum fecerant, cum Amurates Byzantium oppugnaverat.

Βασιλεὺς μὲν οὖν αὐτίκα τὰς τε μηχανὰς καὶ ἄλλας
 ἄλλη τῆς πόλεως προσέφερε, καὶ τοὺς τε τηλεβόλους δύο ἰδρυ-
 σάμενος ἔτυπε τὸ τεῖχος. ἰδρυτο δὲ ὁ μὲν τῶν τηλεβόλων
 κατὰ τὰ ἐκείνων βασιλεία, ὁ δὲ κατὰ τὴν τοῦ Ῥωμανοῦ κα-
 5 λουμένην πύλῃν, ἣ δὴ καὶ αὐτὸς ἐστράτοπεδεύετο βασιλεὺς.
 ἰδρυντο μὲν καὶ ἄλλη πολλαχῆ τοῦ στρατοπέδου τηλεβόλοι,
 βάλλοντες ἐς τοὺς Ἑλληνας· οὗτοι δὲ δύο μέγιστοι λίθον
 ἕκαστος ἠφίεσαν διτάλαντον καὶ ἐπέκεινα. τοὺς δὲ λίθους μέ-
 λανας ὄντας λέγεται ἐνεγκεῖν, οἷς ἐπέτακτο, ἀπὸ Εὐξείνου
 10 πόντου ἐς τὸ βασιλέως στρατόπεδον. τηλεβολιστῆς δ' ἦν τοῦ Β
 βασιλέως τοῦνομα Ὀρβανός, Δαξ τὸ γένος, καὶ πρότερον παρ'
 Ἑλλησι διατρίβων, καὶ τοὺς τε Ἑλληνας ἀπολιπὼν δεόμενος
 βίου, ἀφίκετο παρὰ τὰς Θύρας τοῦ βασιλέως· ὅς τότε δὴ
 μεμισθωμένος πολλοῦ παρεσκευάσατο τοὺς τηλεβόλους. ἠφίεν-
 15 το δὲ οὕτω. πρῶτα μὲν ἐλάττους τηλεβόλους δύο παρὰ τὰ
 πλάγια τοῦ μεγάλου ὄντες ἠφίεντο, λίθον ἐπαφιέντες ἡμιτά-
 λαντον. καὶ οὗτοι μὲν οἱ δύο λίθοι φερόμενοι ἐδήουν τὸ
 τεῖχος. μετὰ δὲ τοὺς δύο λίθους ἠφίετο καὶ ὁ μέγας λίθος,
 τρία τάλαντα ἐν σταθμῶ ἔχων, καὶ μέγα μέρος κατεβάλλ-
 20 λειτο τοῦ τεύχους· ὁ γὰρ λίθος δαιμονία φερόμενος ὀίμη
 καὶ φορῶ ὑπερφρεῖ ἐλυμαίνετο ἀνηκέστως. λέγεται δὲ τὸν
 ψόφον αὐτοῦ ἀμήχανόν τινα ὄντα ἐπέχειν τὴν γῆν πέ-

21. ὑπερφρεῖ P

Rex Mechemetes continuo machinas plurimas urbi admovit. bom-
 bardas duas expediebat, quibus moenia sterneret. unam opposuerat
 regali Graecorum palatio: alteram direxerat in Romani nominatam
 portam, ad quam regis castra erant. erant autem bombardae per castra
 undique dispersae, quae globulos in Graecos iactabant. bombardae
 quas rex habebat, duae maximae emittebant lapidem qui appendebat
 talenta duo aut amplius. lapides hi nigri erant, et apportabantur ab
 Euxino ponto per eos quibus rex id negotii dederat. bombardarius
 regis nomine Orbanus genere Dacus erat, et antea conversatus erat
 cum Graecis. deinde relinquens Graecos inopia rei familiaris, acces-
 serat ianuas regis. hic ab rege conductus magno pretio bombardas
 parabat. ea autem tempestate qua Byzantium oppugnabatur, bombar-
 dae duae, quae stabant ab utroque latere maioris bombardae, incen-
 debantur. haec emittebant lapidem cuius pondus erat dimidium ta-
 lentum. haec itaque cum globos suos torquerent, muri lapides per-
 fringebant. eos deinde sequebatur bombardam maximam, quae torque-
 bat globum cuius pondus continebat tria circiter talenta, et magnam
 muri partem sternebat. nam is globus mirum in modum magno im-
 petu latus graviter omnia dissipabat. bombardae huius tonitru tan-
 tum esse traditum est, ut finitima regio usque ad quadraginta stadia

ριξ ἐπὶ σταδίους τεσσαράκοντα σειομένην. κατεβάλλετο μὲν τὸ ἐκτὸς τεῖχος καὶ οἱ πύργοι ὑπὸ τῶν τηλεβόλων, καὶ τὸ ἐντὸς ἅμα ἐτύπτετο. ἠφίει δὲ τῆς ἡμέρας ὁ τηλέβολος λίθους ἑπτὰ, καὶ ἕτερον τῆς νυκτός, κομισάμενος τῆς ἡμέρας τὸ σημεῖον, ᾗ ἔδει αὐτὸν ἀφιέναι. καὶ οὕτω τὴν ἀρχὴν ἐκ-5 πληξίς τε ἅμα καὶ δέος ἔσχε τοὺς Ἕλληνας. οἱ δὲ νεήλυδες καὶ ὁ ἄλλος στρατὸς ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου στεγάσματα πέλκους
 D λευκοῖς τε καὶ ἐρυθροῖς παρασκευασάμενος, ἀπὸ τοῦ στρατοπέ-
 δου ἐς τὸ τεῖχος φέροντες καὶ ἐς τὴν τάρφρον τῆς πόλεως, καὶ τὸ ἐκτὸς τῆς τάρφρον κατορύσσοντες, καὶ ὑπὰς ποιησάμενοι, ἔβαλ- 10 λον τοὺς Ἕλληνας τηλεβόλοις καὶ ἐτόξενον, οὔτε ὀρώμενοι οὔτε ἄλλο ἀνήκεστον πάσχοντες ὀτιοῦν πρὸς τῶν Ἑλλήνων· οὐ γὰρ οἶά τε ἦν. ὠρύσσειο μέντοι καὶ ὀρύγματα τῷ βασιλεῖ ὑπὸ γῆν φέροντα ἐς τὸ τεῖχος. καὶ οἱ τε ὀρυκταὶ τοῦ βασιλέως πύργους καθίστασαν ἐπὶ ξύλων μετεώρους τέσσαρας καὶ ἐπι- 15 πύργια, ὡς αὐτίκα πῦρ ἐνήσοντες ἢ αὐτά. οὐ μέντοι γε προε-
 P. 205 χώρησε τὰ ὀρύγματα· οἱ γὰρ Ἕλληνες ὡς ἤσθοντο τοὺς πο-
 λεμίους ὀρύσσοντας, εἶδοθεν ὠρύσσον καὶ αὐτοί, καὶ προϊόν-
 τες εὔρον τοὺς βασιλέως ὀρυκτάς, καὶ ἐξέωσαν πῦρ ἐνιέντες, καὶ ἐπεκράτησαν τῶν ὀρυγματῶν. ἐπεποιήτο μὲν καὶ πύργος 20 ξύλινος ἐπιμήκης, καὶ κλίμακες ἐν αὐτῷ ὡς πλεῖστοι ἐς τὸ ἄνω
 V. 160 τοῦ πύργου, ὡς διὰ τούτων πειρασομένων τοῦ τεύχους καὶ ὑπερβαλλομένων.

concuteretur. murus externus necnon turres bombardis disiciiebantur. etiam internus murus bombardis arietabatur. bombardia maxima interdum septem eiaculabatur globos, noctu unum, qui diei signum erat, et indicabat ubinam eo die globos torqueri oporteret. et quidem primo terror iniiciebatur Graecis maximus. at peregrini et reliquis exercitus, parantes tegmenta et pluteos ex lanis coactis rubris et albis pro castris, subibant murum et ingrediebantur fossam urbis, satis muniti et tecti iis tegmentis. praeterea perfodientes eum locum qui extra fossam erat, faciebant foramina, ex quibus bombardarum globulis et sagittis graviter afflixere Graecos, cum interim ipsi nihil mali ab his paterentur, nec videri possent. nam ne nocere quidem Turcis Graeci, etsi maxime voluissent, poterant. rex quoque curavit effodi cuniculos, qui in urbem ferrent. fossores, qui cuniculos agebant, excitarunt turres quattuor excelsas, quae insistebant machinis ligneis, et alia propugnacula, ex quibus illico ignem iacularentur in hostem. cuniculi tamen haud prosperum invenere eventum. nam Graeci, ut sensere hostem cuniculos agere, fodiendo Turcis occurrerunt, eosque iniecto igne expulere cuniculis, cuniculosque obtinere. Turci parabant turrim ligneam excelsam admodum. in suprema eius parte ponebantur scalae plurimae, quasi isto propugnaculo freti murum tentare et superare vellent.

Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἡπειρον παρεσκευάστο τῷ βασιλεῖ
 ἐς τὴν πολιορκίαν· κατὰ δὲ τὴν θάλατταν, ὡς οὐκ ἠδύνατο
 παριέναι εἰσὼ ἐς τὸν λιμένα ὥστε πανταχῇ τῇ πόλει προσβάλ-
 λειν, ἐδόκει αὐτῷ ἄνω κατὰ τοῦ Ζαγάνου στρατόπεδον ἀνε-
 5 κλύσαντα ὑπερείδειν τὰ πλοῖα ἐς τὸν λιμένα. καὶ ταύτη μὲν B
 ἄνω διὰ τοῦ ὄρους διέξενε τὰ πλοῖα, παρεσκευασμένα ἰοτί-
 οῖς τε καὶ κώποις, ἐλκόμενα ἐς τὸν αἰγιαλὸν τοῦ λιμένος.
 διεβίβασε δὲ πλοῖα ἐς τὰ ἑβδομήκοντα, πεντηκοντιόρους τε καὶ
 τριηκοντιόρους, καὶ οὕτω παρεσκευάζετο ὡς τῇ ὑστεραίᾳ ἐπι-
 10 πλευσοῦμενα ἐς τὸν λιμένα. καὶ ταύτη κατὰ τὸν αἰγιαλὸν
 οἱ τοῦ βασιλέως παρασκευασάμενοι τηλεβόλοις διενουῶντο
 ἀμύνεσθαι, ἣν τις ἐπὶ διακωλύσων τὰ πλοῖα καθέλκειν ἐς
 τὴν θάλασσαν. Ἕλληνες γὰρ ὡς ἐώρων τὰ πλοῖα ἔτοιμα κατὰ
 τὸν αἰγιαλὸν τοῦ λιμένος πληρώσαντες πλοῖα ὅσα ἐπὶν αὐ-
 15 τοῖς, καὶ ἐπιόντες κατακαῦσαι, ἦν δύνωνται, τὰ πλοῖα. καὶ
 ἐπεὶ τε ἔδοξεν, ἐποίουν οὕτω, καὶ πληρώσαντες πλοῖα καὶ C
 ἐξοπλισάμενοι ἐπήεσαν ὡς κατακαύσοντες, ὥσπερ ἔχουσιν
 ἀνειλκυσμένα τὰ πλοῖα. οἱ μὲντοι Τούρκοι ἀλοθανόμενοι αὐ-
 τοὺς ἐπιόντας, καὶ ἀφιέντες τοὺς τηλεβόλους, διέφθειραν τῶν
 20 πλοίων δύο τριηκοντιόρους. καὶ τὰ μὲν πλοῖα εὐθύς κατε-
 δύετο, οἱ δὲ ἄνδρες, ὅσοι μὴ ἠπίσταντο νήχοντες, εὐθύς ἀπό-
 λοντο. τούτων δ' αὖ ὅσοι ἐξένευσαν ἐς τὸν αἰγιαλὸν παρὰ

1. παρασκευάστο P 15. καὶ] ὡς?

Haec quidem in continenti fiebant, si quo modo tandem urbis
 oppugnatio procederet. quo pacto autem urbs illa mari oppugnari
 coepta sit, nunc exponam. cum non posset naves a mari appellere
 intra portum, ut urbs simul terra marique oppugnationem sustineret,
 statuit supra, iuxta Zagani castra, navigia reflectere, ibique ea quasi
 munimentum contra portum collocare. et hic quidem in superiore
 parte per montem navigia transportavit, quae velis remisque iuncta
 in litus portus egit. in hunc modum naves transmisit septuaginta,
 necnon alias naves, quae tribus et quae quinque impelluntur remis.
 omnia sic erant ordinata quasi in crastinum intra portum navigare
 vellent. in litore stabant milites parati propulsare hostes bombar-
 dis, si accederent, prohibitori deducere naves. Graeci ubi animad-
 verterunt naves hostiles in littore portus stare, naves quotquot ad
 manus erant militibus impleverunt, conantes accedere et regis naves
 incendere. Graeci, ubi primum haec sententia recepta est, id facere
 aggressi sunt. implentes itaque navigia armatis profecti sunt, ut com-
 burent naves regis in portu stantes. Turci ut intellexerunt Graecos
 accedere, bombardas arripientes naves Graecorum duas corruerunt,
 quae continuo mergebantur. viri qui natare nesciebant, a Turcis ca-

τοὺς Τούρκους ἐάλωσαν· καὶ οἱ Τοῦρκοι, ὡς ἡμέρα τάχιστα ἐγγερόναι, ἀπαγαγόντες τοὺτους ἐς τὰς πύλας τῆς πόλεως διέφθειραν. Ἕλληνες δὲ — ἦσαν δὴ παρ' αὐτοῖς Τούρκων τι-
νές, οἱ ἐάλωσαν, δέσμοι· ἀπαγαγόντες καὶ οὗτοι τοίτους ἐς
τὰς ἐπάλξεις ἐναντίον τοῦ στρατοπέδου κατεχρήσαντο, ἴσα δ
D πρὸς ἴσα σφίσι διαχειριζόμενοι γίνεσθαι περὶ τοὺς αἰχμαλώ-
τους. τὰ μέντοι πλοῖα τοῦ βασιλέως, ὡς οὐδεὶς ἔτι διε-
κώλυε καθειλκυσμένα, ἀπέπλει ἐς τὴν πόλιν.

Καὶ ἐνταῦθα αὐτίκα βασιλεὺς γέφυραν ἐποιεῖτο ἀπὸ τῆς
καταντικρῦ ἠπειροῦ τῶν Κεραμαρείων καλουμένης χώρας, ἐς 10
τὴν πόλιν φέρουσαν, δυοῖν πίδαων ξυλίνοιον ξυνηρμοσμένοιον
καὶ συνδεδεμένοιον ἀλλήλοις ἰσχυρῶς, ὥστε διαβαίνειν τὰ
στρατεύματα ἀπὸ τοῦ Ζαγάνου στρατοπέδου ἐπὶ τὴν πόλιν.
καὶ συνέβαινεν οὕτω ἀπανταχῆ πολιορκεῖσθαι τὴν πόλιν, καὶ
τὰ τῆς πόλεως ταύτη πράγματα καὶ Ἑλλήνων ἀσθενῆ γίνε- 15
σθαι. ἄτε γὰρ τῆς πόλεως ἐπὶ πολὺ διηκούσης (ἢ γὰρ πε-
ρίοδος τῆς πόλεως μεγίστη αὕτη τῶν ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἐπὶ ἑκα-
P. 206 τὸν ἑνδεκά πη σταδίους γενομένη) διανεμομένων τῶν ἀνδρῶν
τῆς πόλεως ἀπανταχῆ, οὐ πάνυ τι ὄχυρά ἐγένετο. καὶ ἐπὶ
τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῖς τηλεβόλοις ἔτυπτε τὸ τεῖχος ἰσχυ- 20
ρῶς, καὶ κατέβαλε μέγα μέρος, πύργους τέσσαρας καὶ ἐπι-
πύργια. ὡσαύτως καὶ ἐς τὸ μέγα τεῖχος τοὺς τε πύργους

pti sunt. Turci, ubi primum dies apparuit, captivos ad urbis portas adductos in Graecorum conspectu mactarunt. erant et apud Graecos quidam Turci, qui in vinculis asservabantur. Graeci igitur hos in pinnas muri raptos e regione hostilium castrorum interemerunt. et in hunc modum captivorum caedes compensata est. naves regiae, cum nemo esset qui eas prohiberet, navigarunt ad urbem.

Quo cum appullissent, rex illico pontem fecit e regione continentis, quae Ceramariorum appellatur. is in urbem ferebat, et extructus erat ex doliis, quae bina coniungebantur et fortiter connectebantur. per eum ex Zagani castris ad urbem iter erat. et quidem in hunc modum contigit, ut urbs omni a parte obsidione artaretur. copiae quoque Graecorum subinde infirmiores reddebantur, cuius causa erat urbis amplitudo. Ambitus enim huius urbis maximus est earum quae apud nos sunt urbium: continet enim in circuitu centum et undecim stadia. cum autem milites undique per urbem distribuerentur, accidit ut minus munita foret, cum exercitus in hunc modum distraheretur. iam quadraginta diebus murus bombardis fortiter quasatus erat. ceciderant turres quattuor, necnon alia propugnacula, murique pars magna. corruerant praeterea turres maioris muri bom-

κατέβαλεν. οἱ δὲ Ἕλληνες τὴν ἀρχὴν μὲν καὶ οὗτοι τοὺς
 παρὰ σφίσι τηλεβόλους ἰδρυσάμενοι κατὰ τὸ τεῖχος ἤφιεσαν
 καὶ οὗτοι λίθον ἔλκοντα τρία ἡμιτάλαντα σταθμὸν, καὶ ἔβα-
 λον ἐς τὸν τοῦ βασιλέως τηλεβόλον. ἀλλ' ἐσειέτο μὲν τὰ B
 5 τείχη καὶ ἐβλάπτετο σφίσιν, οὐ μέντοι ἦννον οὐδέν. καὶ ὁ
 μὲν μείζων τηλεβόλος διερρήγγυτο αὐτίκα, ὅτε προῶτον ἤφιετο.
 καὶ τὸν τηλεβολιστὴν ἐν αἰτίαις εἶχον ὡς διεφθαρμένον ὑπὸ
 βασιλέως, καὶ ἀπῆγον θανάτου· οὐ μέντοι γε φανερόν εἶχον
 σημεῖον ὡς κολάζειν, καὶ ἀπέλυσαν. ἐς δὲ τὸ τεῖχος ὃ κατε-
 10 βάλλετο ὑπὸ τῶν βασιλέως τηλεβόλων, κλίμασί τισι καὶ πί- V. 161
 θοις ξυλίνοις φραζάμενοι ἡμύνοντο, νυκτὸς ἐπιτελοῦντες ταῦτα
 διὰ σπουδῆς αὐτοί.

Ἐν δὲ τῇ μεταξὺ χρόνῳ, ἐν ᾗ ταῦτα ἐγίνετο, ἠγγέλλετο
 τῷ βασιλεῖ ὡς νῆες ἐπιπλέουσιν ἀπὸ τοῦ Αἰγαίου ἐπὶ τὸ Βυ- C
 15 ζάντιον, δύο φορτίδες, μία μὲν μείζων τῶν Ἰαννίων, ἡ δὲ
 ἑτέρα τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως, οἷον ἐπιφέρουσαι. τοῦτο μὲν
 ὡς ἐπύθετο, τάχιστα ἐπλήρουσ τὰς τε τριήρεις καὶ πλοῖα, καὶ
 ἔπεμπεν ἐπὶ τὰς ναῦς ἤδη ἐγγὺς οὔσας καὶ ἐπιφερομένας
 πνεύματι ἰκανῶς ἐς τὴν πόλιν. τὰ μὲν οὖν πλοῖα καὶ αἱ τριή-
 20 ρεις ἀνήγοντο ἐς τὰς ναῦς, καὶ ἐμβάλλουσι μὲν τῇ Ἑλληνικῇ
 νηὶ τὰ προῦτα. καὶ παρὰ βραχὺ ἔάλω, εἰ μὴ ἡ Ἰαννίων ναῦς
 ἐπιστραφεῖσα ἤμυνεν αὐτῇ· φέρουσα γὰρ ἐνέβαλεν ἐς τὰς

7. ἐναντίως P

hardis ictae. Graeci quidem primo et ipsi bombardas suas expediebant, easque in hostem dirigebant. Graecorum bombardae emittebant globum cuius pondus erat talentum cum dimidio. harum unam opponebant Mechemetis bombardae maximae. verum quando globum ei aculabatur, tantus edebatur sonus ut moenia moverentur Graecisque plus detrimenti quam Turcis inferret. quapropter parum efficiebant. bombardae enim, quam habebant, maxima, ubi primum incensa est, dissiluit. hinc irati contra bombardarium insurrexerunt quasi muneribus ab Mechemete corruptum, eumque capitibus anquirebant. cum autem nullum satis manifestum signum, quo crimen comprobaretur, invenirent, crimine eum absolverunt atque impunitum dimiserunt. moenia quae Turci bombardis straverant, noctu scalis quibusdam et doliis obstruentes reficiebant summa celeritate.

Interea cum haec fierent, nuntiatur Mechemeti duas naves onerarias ex Aegaeo navigare Byzantium. una quidem, et quae magnitudine praestabat, lanuensium erat: altera vero erat regis Graecorum, commeatum adportans. haec ubi accepit rex, continuo triremes et alias naves militibus compleri iubet, quas misit contra hostiles naves iam propinquas, quia satis

τριήρεις. καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐπεβόα διακελευόμενος τοῖς ἑαυτοῦ, ἐσβαίνων ἐς τὴν θάλατταν σὺν τῷ ἵππῳ. αἱ μέντοι νῆες οὕτω διαφρυγοῦσαι κατέπλεον ἐς τὸν λιμένα. ἐνταῦθα τιμωσκεται ὁ τοῦ βασιλέως ναύαρχος Παντόγλης τὸν ὀφθαλμὸν ὑπὸ τῶν σφειτέρων, ὡς αὐτὸς διεμαρτύρατο ἐς τὸν βασιλέα, καὶ εἰ μὴ ἐτρώθη, εἶλεν ἂν τὰς ναῦς, δισχυρίζομενος. οὕτω μέντοι διέφυγεν ὥστε κακὸν τι μὴ παθεῖν ὑπὸ βασιλέως. καὶ οὐς ἐν ὑποψίᾳ ἔσχε, συλλαβὼν ὁ βασιλεὺς καθεῖρξεν ὡς ἀπολέσων.

P. 207 Ὡς μὲν οὖν ἰκανῶς ἤδη αὐτῷ τὸ τεῖχος κατεβέβλητο 10 ὥστε εἰσπεσόντας τοὺς νεήλυδας εἰσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν, ἐκέλευσεν ἀνὰ τὸ στρατόπεδον ἀπανταχῇ πυρὰ καίειν τὰ νενομισμένα, καὶ τἄλλα ποιοῦμενος ὡς τῇ ἐπιούσῃ τῆς ὑστεραίας τὴν προσβολὴν ποιησόμενος, καὶ τὴν τε διαρπαγὴν καὶ ἐξανδραποδισμόν ἀνεκέρυττεν ἐς τὰ στρατόπεδα. 15

Λέγεται μὲν οὖν καὶ τόδε. ὡς τὸ τεῖχος ἐπεπιώκει ὑπὸ τῶν τηλεβόλων, ὁ Σκευδέρω τοῦ Σινώπης ἄρχοντος παῖς, Ἰσμαίλης τοῦνομα, προσέφερε λόγους τοῖς Ἕλλησι περὶ σπονδῶν, λέγων τοιαύδε. “ἄνδρες Ἕλληνες, ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, τὰ πράγματα ἔσιγη. τί οὐ πρόεσβυν πέμπετε ὡς 20

secundo vento ferebantur in urbem. regiae naves et triremes pergunt quo iussae erant, primoque Graecam adoriuntur navem; quae propemodum capta fuisset, ni Ianuensium navis reversa laboranti navi subsidio venisset: nam maximo impetu ruebat in regias triremes. rex ex litore inclamabat suos, eosque iubendo et adhortando quo magis accenderet, interdum equo ingrediebatur mare. verum Graecorum naves inviolatae optatum contigere portum. at in eo certamine vulneratur oculus regii navarchi, cui nomen erat Pantogles, a suis, ut ipse testatus est coram rege; et manifesto asseverabat, ni vulnere fuisset impeditus, se facile navesin dicionem potuisse accipere. cum sic factum excusaret, supplicium quod minitabatur rex evasit. eos autem quos suspectos habebat rex, capi et in vincula duci iubet quas expediturus poenas.

Murus cum iam satis esset disiectus, peregrinique facile penetrarent in urbem, iussit ignes solitos undique per castra fieri. caetera quoque ita instruebat quasi qui tertio ab eo die vi irrupturus esset in urbem. misso itaque praecone in castris pronuntiat se urbis praedam et mancipia militibus concessurum.

Interea cum haec parabantur, et murus bombardarum impetu iam dirutus esset, Scenderis, qui Sinopen regebat, filius, nomine Ismael, ad Graecos abiit, et cum eis in hunc modum orationem habuit. conabatur enim Graecos ad foedera sancienda cum rege perpellere. “res vestrae, viri Graeci, in summo discrimine nunc versantur. quare

βασιλέα περὶ εἰρήνης; ἦν γὰρ ἐμοὶ ἐθέλητε ἐπιτρέψαι, δια- B
 πράξομαι ὑμῖν σπονδὰς γενέσθαι παρὰ βασιλέως, καὶ τὴν χά-
 ριν οὖν εὖ οἶδ' ὅτι καταθήσεσθε τῷ διαπραξαμένῳ ὑμῖν. ἦν
 δὲ μὴ τοῦτο γένηται ὑμῖν, ἢ πόλις ἔξανδραποδιοῦται, καὶ ὑμᾶς
 5 πασσυδεὶ βασιλεὺς διαφθερεῖ, καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας ὑμῶν
 ἔξανδραποδιούμεθα, καὶ συμφορᾷ κατασχεθήσεσθε ἀνηκέστω.
 ἀλλὰ πέμπετε ὡς τάχιστα ἄνδρα πιστόν, ὃς ἂν ἐπὶ τὰς βα-
 σιλέως θύρας ἀγαγὼν ἐγὼ διαπράξομαι ὑμῖν τὴν εἰρήνην.”
 ταῦτα ἔλεγε τοῖς Ἑλλησι βουλευομένοις. ἐδόκει δὲ πεμπτέα C
 10 εἶναι ἄγγελον, ὅστις ἂν πύθηται τῆς βασιλέως γνώμης περὶ
 σφᾶς ἧς ἐστί, καὶ οὕτω βουλευσονται περὶ τοῦ συνούσαντος
 σφίσιν, ὅτι εἴη ἄμεινον πειρωμένοις. ἔπεμπον δὲ ἄνδρα οὐκ
 ἐπίσημον ὡς ἀποπειρασόμενον τῆς βασιλέως γνώμης. ἐπεὶ
 δ' ἀφίκετο ἐς τὰς θύρας οὗτος ἡγουμένου Ἰσμαήλεω, ἐκέλευε
 15 βασιλεὺς δέκα τελεῖν αὐτῷ μυριάδας τοῦ ἐνιαυτοῦ. εἰ δὲ
 μὴ τοῦτο οἶοί τε ὄσι ποιῆσαι, οἴχεσθαι ἀπολιπόντας τὴν πό- V. 162
 λιν, ἀποφερομένους τὰ σφέτερα αὐτῶν, ἕκαστος ὅποι ἂν βού-
 λουτο ἀπελθεῖν. ταῦτα ὡς ἀνηρέχθη ἐς τοὺς Ἑλληνας, ἐβου- D
 λείοντο μὲν καὶ ἐδόκει ἀμύνεσθαι ἀνακινδυνεύοντας μᾶλλον
 20 ἢ οὕτω ἀμαχητὶ ἐκλιπόντας τὴν πόλιν οἴχεσθαι ἀποπλέοντας.
 7. ὡς T 11. ἦς] ἦ υς?

nou mittitis legatum ad regem petitem pacem? si mihi vultis nego-
 tium istud committere, facile eo inclinabo regis animum ut vobiscum
 foedus feriat. nam non dubito quin gratiam maximam sitis relaturi
 ei qui illud effecerit. et ni quamprimum foedus intervenerit, urbs
 vestra foedissime diripietur, et vos ad internecionem omnes misera-
 bilem in modum peribitis. uxores et liberi vestri in mancipiorum
 numerum referentur, et in calamitatem devolvemini intolerandam.
 mittite igitur, mora omnis absit, legatum ad regem, et pacem vobis
 conficiam.” haec locutus est Ismael Graecis. deinde consilia in
 unum conferentibus visum est ut legatus abiret ad Mechemtem, ten-
 taturus sententiam regis, quam super Graecis iam mente concepisset.
 is autem qui ad regem legatus ire iussus erat, haud erat vir admo-
 dum illustris et claro genere natus. quem, cum venisset ad ianuas
 regis opera Ismaelis rex iussit renuntiare Graecis ut tributis nomine
 quotannis decem myriades aureorum numerent. sin condicio haec
 ipsis impossibilis visa fuerit, abeant relinquentes urbem singuli cum
 bonis suis quocunque voluerint. sententia Mechemtis ut proposita
 est Graecis, ad consultationem vertuntur. tandem multis ultro ci-
 troque dictis ea sententia vicit, cuius tenor erat, magis repugnandum
 esse hosti, quamvis ingens discrimen se ostenderet, quam ignaviam
 imbellem sequi et nullo commisso praelio abnavigare, deserentes ur-
 bem. ego existimo legatum Graecorum cum huiusmodi responso ab

ἔμοι μὲν οὖν δοκεῖ βασιλέα ταῦτα προτεῖναι ἀποπειρώμενον τῆς Ἑλλήνων γνώμης, καὶ τὰ ὀρύγματα μᾶλλον αὐτῶν ἄπρακτα γεγόμενα ἐπῆρε διαπειροῦσθαι ὅ τι γινώσκοιεν περὶ σφῶν οἱ Ἕλληνες, εἴτε ἐχυρὰ εἴη αὐτοῖς τὰ πράγματα.

Οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες ἐς τοσοῦτον ἔξεφέροντο ἐς ὅσον μοι 5
 δεδήλωται· βασιλεὺς δέ, ὡς αὐτῷ τὰ ἐς τὴν προσβολὴν παρεσκευάστο, συγκαλέσας τοὺς νεήλυδας ἔλεγε τοιάδε. “ἄνδρες
 P. 208 νεήλυδες καὶ ἔμοι παῖδες, τὰ κάλλιστα αἰεὶ ὅποι ἂν στρατεύω-
 μαι ἀριστεύοντες, ἐφ’ ὑμῖν ἤδη ἐστὶν ἀλῶναι τὴνδε τὴν πό-
 λιν. ἴστε δὲ καὶ τόδε. ὅποτε ἐπειρώμην ὑμᾶς, ἐφάσκετε 10
 ἀλώσιμον εἶναι τὴν πόλιν, εἰ μόνον τὰ τεῖχη ὑμῖν καταβάλλοιμι.
 περιάγων δὲ ὑμᾶς ἐπηρόμην εἰ ἱκανῶς καταβέβληται ἤδη τοῦ
 τεύχους· καὶ ἐς ὅσον ὑμῖν ἱκανῶς ἔχειν ἔδοξε, κατεβάλλετο.
 νῦν δὲ ἐπειδὴ ὥρα ἐστὶ τὴν προσβολὴν ποιεῖσθαι, τάδε προτίθεμαι.
 ὑμεῖς ἀπανταχῆ δόξαν παρὰ τοῖς προγόνοις 15
 καὶ ἔμοι εὐκλεῆ ἀνελόμενοι συγκατεργάζεσθε τὴν βασιλείαν
 B ἔμοι. ἴστε δὴ οὖν. ὅσαι ὑπαρχίαι ἐν τε τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν
 τῇ Εὐρώπῃ τυγχάνουσιν ὄντα, τούτων τὴν βελτίω δώσω τῷ
 πρώτῳ ἀναβάντι ἐπὶ τὸ διάφραγμα. τιμήσω δὲ τοῦτον οἷα
 εἰκός, καὶ ἀμείψομαι, ἀρχὴν παρεχόμενος εὐδαίμονα, καὶ 20
 ἀποδείξω μακαριζόμενον ὑπὸ τῶν τοῦ ἡμετέρου γένους ἀνθρώ-

17. ὅσα ὑπάρχια P

Mechmete ad Graecos dimissum, ut eorum animos tentaret. nam cum fossas eorum cerneret usque fieri ad repugnandum inhabiles, conabatur explorare quatenam Graecorum in praesenti discrimine esset sententia; praeterea num res eorum adhuc aliquid roboris sive firmitatis haberent.

At Graeci in hunc modum quem diximus se gerebant. rex, cum omnia ad oppugnationem satis instructa et parata forent, convocatos peregrinos sic allocutus est. “viri peregrini mei que filii, qui semper rem praeclare geritis, quocumque belli tempestatem vertero, in vobis certo situm est ut urbs illa occupetur. scitis, cum sententiam vos interrogarem, quod respondistis urbem captu esse facilem, si saltem muri sternerentur. circumductos igitur vos interrogavi, si satis iam muri dissipati videantur. tantum igitur muri quantum satis apparebat vobis, bombardarum impetu corruerat. nunc itaque cum tempus postulet ut oppugnationem urbis occipiamus, haec vobis proponere volui. vos qui ubique cum apud me tum apud maiores nostros semper plurimum laudis et gloriae rebus fortiter gestis invenistis, rogo Graecorum regnum parare velitis. haud vos praeterit quot nobis in Europa Asiaque praefecturae sint. harum et pulcherrimam et optimam ei dabo qui primus in supremum murum evaserit. eundemque pro dignitate honorare non cessabo. hanc autem ei gratiam referam,

πων. ὃν δ' ἂν αἰσθώμαι ἐν σκηναῖς ἀναστρεφόμενον καὶ μὴ
μαχόμενον ἐς τὸ τεῖχος, οὐδ' ἂν εἰ πειτόμενος κατὰ τὰ πτηνὰ
ἀποδραΐη, ἱκανῶς ἔσται αὐτῷ ἀποφυγεῖν, μὴ τὰ ἔσχατα πα-
θόντι ἀποθανεῖν. ἴτε δὴ οὖν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον, κάλλι-
5 σιόν τε καὶ ὀλβιώτατον· ἀνδράποδά τε γὰρ ἔσται ὑμῖν πολ-
λοῦ ἄξια καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες, καὶ πλοῦτος ἐν τῇ πόλει C
πολύς." ταῦτα εἰπόντι τῷ βασιλεῖ οἱ δεκαδάρχαι καὶ λοχα-
γοί, οἳ καὶ πρότερον, ὡς ἐπεδείκνυτο τὸ τεῖχος αὐτοῖς ὁ βασι-
λεὺς περιάγων, εἰ ἱκανῶς ἔχει εἰσπεσεῖσθαι ἔσω ἐς τὴν πό-
10 λιν, [καὶ] ἐκέλευον καταβάλλειν ἐς ὃ ἐδόκει αὐτοῖς ἱκανῶς
ἔχειν, καὶ τότε δὴ θαρρεῖν τε αὐτὸν ἐκέλευον ὡς ἐς τὴν πό-
λιν ἀμεταστρεπτι ἔσπεσοῦνται, ἤτοῦντο δ' αὐτὸν χάριν θέ-
σθαι σφίσι τοὺς ἄνδρας οὓς συνέλαβε διὰ τὸν ναύαρχον, ὅτι
ἐν ὑπόπτῳ ἦσαν ὡς ἔτρωσαν αὐτὸν ἐς τὸν ὄφθαλμόν, χαρί-
15 σαιτο αὐτοῖς. ὁ δὲ ἐπέειθετο καὶ ἀπέλυσε τοὺς ἄνδρας, χαρι-
σάμενος τοῖς νεήλυσσι. D

Μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἐδόκει αὐτῷ προσβαλεῖν, ἔπεμπεν
ἐς τὸ στρατόπεδον περιαγγέλλων ὡς ἔωθεν ἔσοιτο ἢ προσβολή,
καὶ προηγόρευε δῶρα τῷ ἀριστεύοντι· τῷ μὴ μαχομένῳ δὲ
20 θάνατος ἐπέκειτο ζημίᾳ. καὶ ζύχιδες δὴ ἐς τὰ στρατόπεδα
περιόντες ὑπεμίμησκον τὴν νενομισμένην σφίσιν ἐπὶ τῇ τε-

ut a me accipiat principatum opulentum; et sedulo annitar ut pluri-
mum ab nostri generis hominibus honoretur et celebretur. porro si
rescivero, dum oppugnationis fervet, aliquem in tentoriis manere et
muri oppugnationem refugere, is profecto, etsi instar volucris alas
haberet, nunquam nostras, quo minus supplicium det, effugiet manus.
ite igitur, pugnam istam et pulcherrimam et opulentissimam capes-
site. nam manent vos, quorum potiemini, in urbe ista mancipia
plurima et pretiosa, mulieres et liberi, divitiaeque plurimae." haec
dicentem decuriones et manipulorum ductores, qui ascensum muri,
qua parte irrupturi erant, deiici bombardis iusserant, regem bono
animo esse iubent, ut qui in urbem citra omnem tergiversationem
sint procursum. petebant autem ut rex ipsis hanc gratiam repende-
ret. in vincula duci praeceperat rex viros, quos suspicabatur victo-
riae navalis impediendae gratia gubernatoris oculus vulnerasse. hos
vinculis eximi et impunitos dimitti flagitabant. rex peregrinorum
preces haud est aversatus, verum ut iis rem gratam faceret, captivos
carcere emisit.

Interea cum iam tempus, quo oppugnationem auspicaturus erat,
instaret, per castra edici iubet se in crastinum matutino tempore op-
pugnaturum urbem. pronuntiat munera et dona ei qui in ista oppu-
gnatione se optime gesserit: illi autem qui se praelio subtraxerit,

λευτῆ δόξαν, ὡς τοῖς τε μαχομένοις ὁ ἦσως ἐπαγγέλλεται ἐν-
 V. 163 δαιμονίαν τοῖς τετελευτηκόσι, καὶ ἄλλα οἷα δὴ νομίζεται παρ'
 P. 109 αὐτοῖς. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες ἄνδρα Ἰανυῖον ἀφικόμενον ἐς
 τιμωρίαν σφίσι σὺν νηὶ τε μεγίστη καὶ ὀπλίταις ὡς τριακο-
 σίοις, ἐκέλευον ταύτη ἐστηκότα ἢ βασιλεὺς καὶ οἱ νεήλυδες ὅ
 ἔμελλον ἐπεισπεσόντες βιάζεσθαι, ὡς ἐνταῦθα σὺν τοῖς ὀπλί-
 ταις αὐτοῦ παρασκευάζοιτο ἀμύνεσθαι. καὶ αὐτὸς τε ἅμα
 βασιλεὺς Ἑλλήνων οὐ πολλῶ διίστατο σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν
 ὥστε ἐπαμύνειν. καὶ καρδινάλιος ὁ Ἰσίδωρος Σαρματίας, οὗ
 πρότερον ἐμνήσθην, παρὼν τότε τοῖς Ἕλλησιν ἐτιμῶρει πολε- 10
 μουμένοις. παρεγένετο γὰρ ὡς ξύνοδόν τε ποιησόμενος καὶ
 διαλλάζων τοὺς Ἕλληνας τῶ Ῥωμαίων ἀρχιερεῖ. ταῦτα μὲν
 B οὖν ὀλίγῳ πρότερον αὐτῶ ἐπεποίητο, καὶ οἱ Ἕλληνες ὀψὲ γούν
 ἐς διαλλαγὴν ἀφίκοντο τοῖς Ῥωμαίοις. βασιλεὺς δέ, ὡς ἐδό-
 1453 κει ὥρα εἶναι προσβάλλειν ἔωθεν, (Ἄρεως δ' ἦν ἡμέρα), τὰ 15
 d. 29 Mai τε κύμβαλα ἐσημαίνετο, καὶ οἱ ἀύληται καὶ οἱ σαλπικται
 ἐσήμαινον, ἔωθεν προσέβαλε, καὶ ἀπανταχῆ τῆς πόλεως κα-
 θίσταντο ἐς μάχην οἱ βάρβαροι, καὶ προσβαλόντες ἐμάχοντο
 ἰσχυρῶς. κατὰ μὲν τὸ ἐς λιμένα τεῖχος ἤμύνοντο οἱ Ἕλληνες
 κράτιστα, καὶ ἐξεώσαντο τοὺς Τούρκους, καί πη κατὰ τὰς κλί- 20
 μακας ἀναβάντων κεφαλὰς ἀπηνέγκαντο κρατύνοντες τὰ τεῖχη.

capitale supplicium praemium fore edicit. zichides in castra pro-
 gressi in memoriam redigebant Turcis gloriam, qui hactenus claruis-
 sent. praeterea dicebant heroa iis qui in praeliis occumberent sem-
 piternam polliceri beatitudinem. commemorabant et alia, ut gens
 illa assolet. Graeci virum Ianuensem, qui auxilio venerat cum nave
 maxima et trecentis armatis, eo loci cum suis consistere iubent, ubi
 rex et peregrini irruptionem facturi erant. ibi stantem cum suis arma-
 tis vim hostilem amoliri volebant. haud procul aberat rex Graecorum
 cum suis, ut quam fortissime hostes propulsaret. etiam cardinalis
 Isidorus, Sarmatarum antistes, cuius ante meminimus, Graecis, penes
 quos ea tempestate erat, auxilio fuit. aderat enim ut synodum con-
 gregaret et Romano pontifici Graecos reconciliaret. haec quidem
 paulo ante confecerat. at Graecis illa cum Romanis reconciliatio ni-
 mis sera extitit. rex Mechemetes cum tempus iam advenisset (erat
 autem Martis dies) ut oppugnationem universis copiis aggredetur,
 cymbala cornua tubasque canere iubet, signumque occipiendae op-
 pugnationis dedit. et urbem summo mane fortiter oppugnabant, ir-
 ruentesque in urbem praeliabantur magna virtute. in eo muro qui
 portum spectat, Graeci fortissime resistebant Turcosque magnanimi-
 ter expellebant. etiam capita quorundam, qui scalis admotis murum
 superare conabantur, amputata de muro devolvebantur, cum Graeci

ἤ δ' αὐτὸς προσέβαλε βασιλεὺς, οἱ νεήλυδες ἐπεισεσόντες ἐβιάζοντο τοὺς ὀπλίτας τῶν Ἰαννίων. καὶ ὁ Λόγγος αὐτῶν C
 τιπρώσκειται τηλεβολίσκῳ ἐς τὴν χεῖρα, καὶ τινες ἄλλοι τῶν
 ὀπλιτῶν ἐπειτιπρώσκοντο, καὶ ἐκλιπόντες τὴν χώραν ἢ ἐστί-
 5 κησαν, αὐτίκα βιαζόμενοι εἰσέπιπτον, καὶ τοὺς τε ὀπλίτας τῶν
 Ἰαννίων ἐτρέψαντο καὶ ἐπικείμενοι ἐφόρευον. ὁ μὲν οὖν Λόγ-
 γος ἀπεχώρει. εἶποντο αὐτῷ οἱ ὀπλίται, ἐπιόντων σφίσι τῶν
 νεηλῦδων. καὶ ὁ βασιλεὺς Ἑλλήνων ὡς ἤσθετο ἐκλιπόντας
 τὴν χώραν αὐτοὺς καὶ ἐνδιδόντας, ἀνέδραμε μὲν αὐτίκα καὶ
 10 ἤρχει τὸν Λόγγον εἴ ποι πορεύοιτο· τοῦ δ' αὖ φαιμένου ὡς
 ταύτῃ θεὸς ὑφηγεῖται τοῖς Τούρκοις, αὐτὸς δ' ὁ βασιλεὺς
 πρὸς Καντακουζηνὸν καί τινας ὀλίγους ἀμφ' αὐτὸν ὄντας τρα- D
 πόμενος ἔλεγεν "ἴωμεν, ἄνδρες, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους τούσδε."
 αὐτὸς τε ὁ Καντακουζηνὸς ἀνήσυχος γενόμενος ἀγαθὸς ἐτελεύ-
 15 τησε. καὶ αὐτὸς ἐτράπετο, καὶ ἐπιόντες καὶ διώκοντες ἔτρωσαν
 βασιλέα Κωνσταντῖνον ἐς τὸν ὦμον, καὶ ἐτελεύτησεν. οἱ δὲ ἄλλοι
 Ἑλλήνων, ὡς εἶδον τοὺς νεήλυδας ἐπὶ τὸ μέγα τεῖχος δραμόντας
 καὶ ἄνωθεν βάλλοντας τοξεύμασί τε καὶ λίθοις, καὶ τοὺς
 ἀμφὶ τὸν Λόγγον φεύγοντας, ἐπικειμένων τῶν νεηλίδων ἐτρα-
 20 ποντο ἐς φυγὴν, ἐκτός τις ἕκαστος προσκαταβάλλειν βουλόμε-
 νος ὥστε σῶξασθαι. ὡς δὲ ἐς τὴν πύλην ἀφίκοντο τὴν τοῦ P. 210

20. προσκαταβάλλειν?

summa vi moenia defensarent. ea parte qua rex cum peregrinorum manu irruptionem fecit, Ianuenses armati vi submoti sunt. Longus horum dux vulneratus est manum, ictus bombardae globulo. reliqui armati haud mansere a vulneribus intacti. deserentes igitur locum quem occupaverant, Ianuenses in fugam vertuntur; quos fugientes caedebant Turci. Longus dux cedebat: eum sequebantur armati, quos hostili animo insèquebantur Turci. rex Graecorum ut accepit Ianuenses cecidisse loco quem defendendum susceperant, et fugam inire, accurrens citato gradu, Longum percunctatur quoniam abiret. cui Longus respondit "ea qua Turcis deus ipse iter aperit." verum rex Graecorum ad Cantacuzenum et alios paucos conversus dixit "eamus, o viri, forti animo contra barbaros istos." Cantacuzenus, cum fuisset vir optimus, in eo praelio mortem oppetiit. at rex Graecorum Constantinus in fugam coniectus est, hostesque continuo insequentes eius humerum vulnerarunt; atque mortuus est. reliqui Graeci ubi conspicati sunt peregrinos ad magnum murum cursitare, missilia et sagittas et lapides de supernis torquere, praeterea Longum cum suis armatis in fugam effundi, et insequi fortiter peregrinos, nec ipsi dubitarunt fugam arripere, cum singuli extra murum se iactare cuperent, ut evaderent hostium manus. cum fuga celeri essent delati ad Romani nuncupatam portam, impediti affluentibus undique hominum

Ῥωμανοῦ καλουμένην, κατασχεθέντες ὑπ' ἀλλήλων αὐτοῦ ταίτη ἔκειντο, καὶ ἐπιόντες αὐθις ἐπιπτον ἐς αὐτούς, καὶ οὕτως ἐπαναβαίνοντες σπουδῇ ἐπειγομένους διαβαίνειν, σωρὸν μέγιστον ζῶντες κατὰ τὴν πύλην ἐπεποίητο, ὥστε μηδενὶ βásiμα εἶναι ἐντεῦθεν. καὶ οὔτοι μὲν οὕτως, ὡς πλεῖστοι, ἐν 5
 V. 164 πτον ἐς ἐκεῖνο τὸ θέαμα, καὶ τὰς πύλας κεκλειῖσθαι σώμασι περιούτων ἐπὶ τῶν Ἑλλήνων. οἱ δὲ νεήλυδες ὑπερβάντες τὸ μέγα τεῖχος (κατέρριπτο γὰρ τοι καὶ αὐτοῦ μέγα μέρος ὑπὸ B τοῦ τηλεβόλου) εἰσεχέοντο ταύτη ἐς τὴν πόλιν καὶ διήρπαζον 10 τὴν πόλιν, τραπόμενοι ὅποι ἐκάστῳ προχωροίη.

Οἱ δὲ Ἕλληνες προῶτον μὲν, ὡς ἡ φήμη διέδραμεν ὡς ἑάλω ἡ πόλις, οἱ μὲν φυγῇ ὤρμητο ἐπὶ τὸν λιμένα ἐς τὰς ναῦς τῶν Οὐνετιῶν καὶ Ἰανυῖων, καὶ πολλοὶ ἐς τὰ πλοιάρια ἐσβάλλοντες σπουδῇ καὶ ἀκρόσμως ἀπώλοντο καταδνομένων τῶν 15 πλοιαρίων. καὶ ἐγίγνετο οἷα δὴ γίγνεσθαι εἰώθει ἐν τοῖς τοιούτοις θορύβοις, ἀτάκτως χωρύντων ἐκάστων ἐς τὸ διασώζεσθαι ἐν οὐδενὶ κόσμῳ. καὶ οὔτοι μὲν ἔφθησαν ἀποφυγόντες τοὺς Τούρκους· οἱ δὲ πυλωροὶ τῆς πόλεως ἀγνωμοσύνη κακοδαίμονι χρησάμενοι, ὡς ἑώρων τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ τὰς 20
 C ναῦς τραπομένους, φυγῇ ὤρμημένους σώζεσθαι ἐς τὰς ναῦς, οἰόμενοι ὡς εἰ ἐπικλείσαιεν ἐς τὰς θύρας, ἀναγκασθεῖεν οἱ Ἕλ-

8. περιόντων ἔτι?

9. κατέρριπτον P

turba humi cadebant. deinde alii accedentes per iacentes incedebant. in hunc modum ascendentes in eos qui ceciderant, studio transeundi magnum fecerunt acervum hominum, adeo ut nullus ea elabi posset. at sic nullo respectu habito periire plurimi, cum alius alium fuga praevenire festinaret, et in miserabile hoc veniebant spectaculum. portae quoque claudebantur oppletae corporibus Graecorum, cum per eas exitum quaerere vadentes. peregrini muro magno superato (nam et huius partem bombardae maxima diruerat) ea ruebant in urbem: quam diripiebant, euntes qua cuique liberum erat, nemine prohibente.

Graeci autem, ubi primum fama captam esse urbem volabat, fuga ferebantur in portum ad Venetorum et Ianuensium naves. plurimi naves cum summa celeritate ingressi intercidebant, navibus alto mersis. eaque contingere videbantur quae contingere solent in eiusmodi turbis, cum omnes nullo ornato nulloque ordine susque deque cernerent, ut semet ipsos servarent tutos ab imminente periculo. et hi quidem Turcorum manus evitarunt. at urbis ianitores ignorantia et inscitia infelice usi, cum cernerent Graecos conversos in fugam ad naves properare et impetu in eos qui salutem consequerentur ruere,

ληνες ἐπιστραφέντες ἀμύνεσθαι, καὶ κατὰ τινα χορησὸν ἀδό-
 μενον ἐν τῇ πόλει, ὡς τοὺς πολεμίους ἄχρι τοῦ Ταύρου χώ-
 ρου τῆς πόλεως ἐπιγενομένων καὶ ἐπικειμένων τοὺς ἐν τῇ πό-
 λει συστραφέντας ἀνάγκη ἀμυνομένους ἐκβαλεῖν τοὺς πολε-
 5 μίους καὶ αὐτοὺς ἴσχειν τὴν πόλιν, ἐν ταύτῃ, οἴμμι, τιθέμε-
 νοι τῇ δόξῃ τὰς κλεῖς ἄνω ἀπὸ τοῦ τείχους ἔξω ἀπέσρριψαν.
 οἱ δὲ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, πλῆθος πολὺ γενόμενοι ἐνταῦθα
 ἐπιρροόντων αἰεὶ συγχῶν, ἐτρόποντο ἐπὶ τοῦ μεγίστου νεῶ
 τῆς πόλεως, τῆς ἁγίας Σοφίας καλουμένης, καὶ ἐνταῦθα συνε-
 10 λέγοντο καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες. οὐ πολλῷ μέν- D
 τοι ὕστερον ἐάλωσαν ὑπὸ τῶν Τούρκων ἀμαχητί, καὶ ἀνδρῶν
 οὐκ ὀλίγοι ἐντὸς τοῦ νεῶ διεφθάρησαν ὑπὸ Τούρκων. ἄλλοι
 δ' αὖ τῶν Ἑλλήνων ἄλλη τῆς πόλεως τραπόμενοι ἐν ἀπορίᾳ
 τε εἶχοντο, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον οἱ μὲν ἀπώλοντο οἱ δὲ καὶ
 15 ἤλίσκοντο. καὶ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων ἄνδρες γενόμενοι ἀγα-
 θοὶ ἐμαχέσαντο καὶ ἀπέθανον πρὸς τῆς πατρίδος, ὥστε μὴ
 ἐπιδεῖν τὰς γυναῖκας αὐτῶν καὶ τοὺς παῖδας εἰς ἀνδραποδι-
 σμὸν γινομένας. ὅτε καὶ Θεόφιλος τοῦ Παλαιολόγων γένους
 ταύτῃ ἐτελεύτησεν, ἀνδρικῶς ἀγωνισάμενος θανάτου ἕνεκα. καὶ P. 211
 20 τῶν Παλαιολόγων οἱ μετοχιταῖοι, ὃ τε πατήρ καὶ οἱ παῖδες
 αὐτοῦ, μαχόμενοι ἀπώλοντο. καὶ συχνοὶ τῶν ἀμφὶ βασιλέα
 Ἑλλήνων εὖ γεγονότες ἀπέθανον, μὴ ἀνεχόμενοι ἐπιδεῖν σφίσι

2. τῶν πολεμίων?

putabant, si eos clauderent intra urbem, fore ut cogerentur redire et
 redintegrare praelium cum hoste. id consilii suggerebat oraculum
 quoddam in urbe decantatum, fore videlicet ut cum hostes venissent
 usque ad civitatis locum Tauri dictum, et oppidanos persequerentur,
 oppidanos tum conversos, necessitate sic urgente, hostem expulsuros
 urbemque fortiter retenturos. huic oraculo arbitror fidem accommo-
 dantes ianitores claves de muro extra urbem iactasse. cum autem
 turba magna virorum et mulierum huc conflueret, tandem contende-
 bant ad maximum urbis templum S. Sophiae dictum. huc congrega-
 bantur viri pariter et mulieres liberique. nec multo post capti sunt
 a Turcis citra praelium, plurimique viri intra templum a Turcis tru-
 cidati sunt. reliqui Graeci per urbem fuga dissipati, quo se verte-
 rent, ut effugerent praesens discrimen, nesciebant. haud multo post
 quidam eorum pecorum more trucidati, quidam capti sunt. plurimi
 Graeci cum forent viri boni, fortiter ciebant praelium, eligentes po-
 tius pro patria mori quam videre uxores et liberos praedam fore ho-
 stium. Theophilus exortus Palaëologorum genere fortiter dimicans in
 ea pugna occubuit. Palaëologorum socii, pater et filii eius, manus
 conserentes magno animo caesi sunt in eo praelio. complures Graeci

τὴν πατρίδα δεδουλωμένην. ἦν τε τὰ τῆς πόλεως ἀπανταχῆ
 πλέω ἀπολλύντων καὶ ἀπολλυμένων καὶ διωκόντων τε καὶ
 φευγόντων. καὶ ἀμφὶ τὸν Νοταρᾶν τοῦ βασιλέως ἀρμυροστὴν
 καὶ Ὀρχάνη τὸν Μουσουλμάνεω νίδου, ὡς αὐτοὶ ἔλεγον
 Ἕλληνας, τοιοῦνδε ἐγένετο. ὡς γὰρ ἐπυνθάνοντο ἑαλωκέναι 5
 τὴν πόλιν, ἀπέδρασαν ἐπὶ πύργον τινὰ τῆς πόλεως, ὡς ἐν-
 ταῦθα βουλευσόμενοι ὅτι ἅπαν σφᾶς δέοι τραπέσθαι. καὶ
 B ἐνταῦθα γενόμενοι, Ὀρχάνη μὲν ῥάκια ἀμφιεσάμενον Ναζη-
 ραίου τινὸς ἔβαλεν ἑαυτὸν κατὰ τοῦ πύργου καὶ ἀπέθανεν,
 οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Νοταρᾶν πολιορκηθέντες ἑάλωσαν περὶ πλί- 10
 θουσαν ἀγορᾶν, αὐτὸς τε ἅμα καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ.

Οἱ μὲν οὖν νεήλυδες αὐτίκα τὸ στρατόπεδον τοῦ βασι-
 λέως ἐνέπλησαν καὶ γυναικῶν τε ἅμα καὶ παιδῶν τῶν περι-
 φανεστάτων Ἑλλήνων, καὶ ὄλβον πολὺν ἀποφερόμενοι μέγα
 εὐδαιμόνες ἐγένοντο. καὶ ἦν ἰδεῖν τὸ στρατόπεδον ἀπανταχῆ 15
 πλέων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἀλλήλους ἐπιβωμμένων καὶ
 V. 165 παιδῶν ἐκπεπληγμένων ταύτῃ τῇ συμφορᾷ. καὶ χρυσὸς μὲν
 πολλὸς καὶ ἄργυρος ἐφορεῖτο τῆς πόλεως ἐς τὸ στρατόπεδον,
 καὶ λίθων εὐπορία ἦν, καὶ ἐσθῆτων παντοδαπῶν πλέως ἡ χώ-
 C ρα, ὥστε μιᾷ ἡμέρᾳ μέγα δὴ ὄλβιον γενέσθαι τοῦτο τὸ στρα- 20
 τόπεδον ἀπὸ τε ἀνδρῶν περιφανῶν καὶ πλοῦτου καὶ τῆς ἄλ-
 λης εὐδαιμονίας, ὥστε πολλοὺς μὲν οὐκ ἔχειν ὅ τι χρῆσαιτο

6. ἐπέδρασαν P

7. ὅποι ἂν?

16. πλέων P

alii, qui latera regis stipabant, occisi sunt, nequaquam sustinentes
 videre patriam in servitutem hostium redactam. per universam urbem
 plena omnia erant caedentibus et caesis, fugientibus et persequentibus.
 Notarae regis praefecto et Orchani Mulsumanis nepoti, ut ipsi
 Graeci indicarunt, haec acciderunt. cum audivissent captam esse ur-
 bem, accurrebant ad turrim quandam urbis, quasi hic deliberaturi an
 omnes fuga sibi consulere deberent. cum in hanc turrim advenissent,
 Orchanes obsitus paunis cuiusdam Nazaraei se ipsum praecipitem ex
 turri dedit, eoque casu mortuus est. Notares obsidione circumdatus,
 tandem in conferta hominum turba simul cum liberis in hostium po-
 testatem venit.

Peregrini continuo regis castra mulieribus et pueris, qui erant
 Graecorum illustrium liberi, repleverunt; magnasque inde opes feren-
 tes admodum opulenti facti sunt. videre erat regia castra plena vi-
 ris et mulieribus se invicem vocantibus, necnon liberis ista calami-
 tate admodum attonitis et percussis. multum auri argentique ex urbe
 in castra portabatur; lapidum pretiosorum copia erat maxima. locus
 castrorum omnigenis vestibis repletus erat, adeo ut uno die ditaren-
 tur ista castra admodum insignium virorum divitiarum et caeterae

τῶν νεηλῦδων τῆ παροῦσῃ εὐδαιμονίᾳ. καὶ λίθους μὲν ἕξω-
νησάμενοι ὀλίγης τιμῆς, ἅτε μὴ εἰδόντων τῶν νεηλῦδων ὀπό-
σου αὐτὰ δέοι ἀποδόσθαι, μέγα ὄλβιοι ἐγένοντο, καὶ χρυσὸν
ἔστιν ἢ ἀντὶ χαλκοῦ φαίνονται ἀποδόμενοι οἱ νεηλῦδες.

- 5 Ἐνταῦθα ἑάλω καὶ Ἰσίδωρος καρδινάλιος Σαβίνων, καὶ
ὡς ἤχθη ἐς Γαλατίαν ἀπεδόθη, καὶ ἐσβὰς ἐς ναῦν ἀπέδρα
ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον. εἰ μὲν οὖν αὐτὸν ἔγνω βασιλεὺς ὡς
εἶη καρδινάλιος Ἰσίδωρος, ἀνεῖλέ τε αὐτὸν καὶ οὐκ ἀνίει δια- D
φυγεῖν· νῦν δὲ οἰόμενος αὐτὸν τεθνάναι οὐκ ἐποιεῖτο λόγον
10 οὐδένα. τοῦ μέντοι βασιλέως Ἑλλήνων τὴν κεφαλὴν τῶν νεη-
λῦδων τις μετὰ ταῦτα παρὰ βασιλέα ἐνεγκάμενος δῶρά τε
ἔλαβε καὶ ἀρχῆν ἔδωρήθη. ὅτι δὲ τρόπῳ ἀποθανοί, οὐδεὶς
ᾗσθετο τῶν νεηλῦδων φράσαι. κατὰ γὰρ τὴν πόλιν σὺν πολ-
λοῖς ἄλλοις αὐτοῦ ὡς ὁ τυχὼν ἐτελεύτησε, βασιλεύσας εἶη
15 τρία καὶ μῆνας τρεῖς. ἑάλωσαν δὲ καὶ Οὐνετιῶν ἄνδρες
ἐπιφανεῖς, οἳ αὐτοῦ τε παρῆσαν μειτόντες ἐμπορίαν, καὶ ἄλ-
λοι συχνοί, οἳ σὺν ταῖς τριήρεσιν ἐτυχον ὀρμισάμενοι, κατέ-
σχον δ' αὐτοὺς οἱ Ἕλληνες κατὰ τὸ ἔσυμμαχικόν, ὥστε ἀμῦναι P. 212
σπίσιν ἐς τὴν παροῦσαν ἀνάγκην. καὶ ὁ μὲν πρότασις τῶν
20 Οὐνετιῶν, ὡς ἤχθη ἐς βασιλέα, ἀπέθανεν, οἳ δ' ἄλλοι ἀπε-
λῦοντο μετὰ ταῦτα. ἐν ᾧ γὰρ ταῦτα ἐγένετο καὶ πάντες σχε-
δὸν ἐγένοντο τετραμμένοι ἐπὶ διασπαγὴν, καὶ οἱ τοῦ στόλου

felicitationis abundantia, ut dubitarent Turci quo pacto ea rerum omnium copia frui possent. vendebantur lapides pretiosissimi parvo pretio, quia peregrini eorum pretium ignorabant. interdum aurum pro aurichalco peregrini vendebant.

In hac rerum turba miserabili captus est cardinalis Isidorus, Sarmatarum antistes; qui ductus in Galatiam urbem venditus est, et conscensa navi profugit in Peloponnesum. si rex Turcorum virum hunc novisset, videlicet quod cardinalis esset, certe eum interfecisset, nec eum fuga elabi permisisset. verum cum eum quoque inter caeteros occisum esse putaret, nullam eius rationem habebat. post haec quidam caput regis Graecorum ad regem attulit, et ab eo munera magna necnon principatum accepit. quomodo autem Graecorum rex interierit, peregrinorum nullus explicare potuit. creditur tamen in porta, sicut et reliqui, exspirasse, cum regnasset annis tribus et mensibus tribus. venire in hostium manus viri Veneti illustres, qui mercium gratia Byzantium appulerant; necnon alii plurimi, quos eadem necessitas cum triremibus eo pertraxerat. Graeci igitur eos haud abire sinebant, verum in praesenti rerum discrimine eos auxiliares adesse volebant. Venetorum iudex, qui praestare videbatur, ad regem deductus cum esset, interfectus est. reliqui deinde dimitteban-

τοῦ βασιλέως, αἱ δὲ τῶν Οὐνερετῶν τριήρεις λύσασαι ἐκομίζοντο διὰ τοῦ Ἑλλησπόντου, καὶ τριταῖοι ἀφικνοῦνται ἐς Εὐβοίαν κεναὶ ἀνθρώπων· τοὺς γὰρ πλείους ἀποβιβάσαντες οἱ Ἕλληνες ἐτάξαντο ἐς τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν πρὸς τὰς ἐπάλξεις, καὶ ἐάλωσαν, οἱ δὲ καὶ ἀπέθανον. αἱ μὲν οὖν τριήρεις ἀφικόμε- 5
 Β ἦδεναι ποῦ τράπωνται γενόμενοι· αὐτίκα γὰρ ἤξιν ἐς αὐτοὺς τὸ δεινὸν ἐνόμιζον. καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἐν τῷ Αἰγαίῳ σχεδὸν τι ξύμπασαι ὤρμητο ἐς φυγὴν, καὶ οἱ ἡγεμόνες τῶν Ἑλλήνων καὶ οἱ περὶ Πελοπόννησον συμφορᾷ πεπληγμένοι ὤρμητο ἐπὶ 10
 τὴν θάλασσαν. δι' ἃ δὴ ξυνέβη ὕστερον γενέσθαι τὴν ἀπο-
 στασιν τῶν ἐνοικοῦντων αὐτὴν Ἀλβανῶν.

Βασιλεὺς μὲν δὴ, ὡς ἐάλω Βυζάντιον, αὐτίκα ἐκέλευε Ζάγανον τὸν κηδεστὴν αὐτοῦ τριήρεις πληρώσαντα ἵέναι τε ἐπὶ τὴν καταντικρὺ Βυζαντίου Γαλατίνην πόλιν, καὶ διακω- 15
 λύνειν μὴ ἐπιπλέειν τὰς ναῦς, παραγγέλλειν τε τοῖς ἐν τῇ πό-
 λει ἰδρῦσθαι τε ἕκαστον ἐν τῇ χώρᾳ καὶ μηδενὶ ἐπιτρέπειν
 C εἰσβαίνειν ἐς τὰς ναῦς. ὁ γὰρ τῆς πόλεως ταύτης προεστὼς
 ὡς ἦσθετο τὸ Βυζάντιον ἐαλωκέναί ὑπὸ βασιλέως, περιδεὴς
 γενόμενος μὴ καὶ ἐς σφᾶς ὀρμώμενος ἕξανδραποδίσειτο τὴν 20
 πόλιν, οἷα καὶ Βυζάντιον ἔδρασε, λαβὼν τὰς τῆς πόλεως
 κλεῖς καὶ ἀφικόμενος ἐς βασιλέα παρεδίδου τὴν πόλιν, ὡς

tur. omnes hinc, etiam qui erant de classe regis, accingebantur ad praedam. Venetorum triremes solutae ferebantur hominibus vacuae per Hellespontum, et die tertio Euboeam appellunt. nam plurimos eorum Graeci ex navibus deductos disposuerant ad custodiam urbis, per muri pinnas eos collocatos. verum capti sunt; quidam eorum interempti sunt. triremes advenientes Byzantii calamitatem nuntiant. omnes quo abirent, parum sciebant. existimabant enim eandem calamitatem quamprimum ad ipsos perventuram. pene omnes quotquot Aegaei maris insulas incolebant, fugam arripiebant. Graecorum duces, et omnes qui in Peloponneso erant, ista calamitate territi festinabant ad mare. quapropter postea accidit ut Albani, qui in ea erant, ad defectionem properarent.

Rex quidem occupato Byzantio, Zaganum affinem suum naves adaptare iussit, et pergere in urbem Galatiam e regione sitam, et imperare ne ad naves pergant. praeterea edici iubet iis qui intra urbem erant, ut singuli in suo loco quieti manerent, nec paterentur quemquam conscendere naves. princeps enim huius civitatis ubi comperit Byzantium in potestatem venisse hostium, timens ne simile exitium se suosque raperet, accipiens urbis claves veniensque ad re-

αὐτῷ τε ἐπιτρέπουσι σφᾶς, ἀξιοῦντες πείθεσθαι τοῦ λοιποῦ
 αὐτῷ ὃ τι ἂν κελεύει. τότε μὲν οὖν τὸν Ζάγανον ἔπεμπε
 παραληψόμενον τε τὴν πόλιν καὶ μηδενὶ ἐπιτρέποντα ἐσβαί-
 νειν ἐς τὰς ναῦς. οἱ μὲν οὖν Γαλατιανοὶ ὡς εἶδον τὰς τριή-
 5 ρεις ἐπὶ τὴν πόλιν σφῶν ὠρμημένας, ἐνταῦθα δὴ ἅπαντες V.166
 πασσυδὶ ὠρμηγτο ἐπὶ τὰς ναῦς· οἱ δὲ Τοῦρκοι ἐπεῖχον αὐ-
 τοὺς, καὶ τινὰς αὐτῶν διεχρήσαντο δεδιπτόμενοι. ἐπεὶ δὲ D
 ἀφίκετο Ζάγανος, εἰσιὼν ἐς τὴν πόλιν καθίστα τε τὰ ἐν τῇ
 πόλει, καὶ ἄρχοντα ἐπέστησε τοῦ βασιλέως. ὥστε μιᾷ ἡμέρᾳ
 10 δυοῖν πόλεων κύριος γενόμενος τὴν μὲν ἠνδραποδίστατο, τὴν
 δ' αὖ παραλαβὼν τὰ κατὰ τὴν ἡπειρον τεῖχῃ καθαιρεῖν τοὺς
 ἐνοικοῦντας προσέταξεν. ἐποίει δὲ τοῦτο, ὡς ἂν μὴ νεῶν ἀπὸ
 Ἰταλίας ἀφικνουμένων ἀπόστασίν τε βουλευοῖντο, καθηρημέ-
 νων τῶν τειχῶν τῆς ἡπείρου, καὶ τῷ βασιλεῖ ἑσαυθις ἦν ἐπίῃ
 15 πόλεμος, κατὰσχῃ ἐσιὼν ἐς τὴν πόλιν.

Ἑλλήνων μὲν οὖν ὅσοι μὴ ἀπώλοντο, τούτους ἀπαγαγόντες
 ἐς τὴν Γαλατίην, τοὺς ἐπιφανεῖς μάλιστα αὐτῶν. καὶ ἄλλοι μὲν
 οὕτως ἐλευθεροῦντο· Νοταρᾶν δὲ τὸν βασιλέως Ἑλλήνων P.213
 πρύτανιν αὐτός τε ὁ βασιλεὺς ἐξωνησάμενος καὶ γυναῖκα καὶ
 20 παῖδας, καὶ χρηματίσας αὐτῷ ἅττα ἠβούλειο συνιέναι τῶν
 ἑαυτοῦ, καὶ τὰ τῆς Ἰταλίας ὅσα ἦδει προσδόκιμα, ἐτίμα τε
 καὶ συνεγένετο χρόνον τινά. καὶ Ἑλλήνων ὅσοι ἠλευθέρωντο,

gem seque urbemque et cives eius fidei commisit, promisitque in po-
 sterum se suosque fideliter et obedienter sub ipso fore. quapropter
 rex misit Zaganum, ut urbem in fidem acciperet et nulli concederet
 intrare naves. verum eius urbis cives, ubi vidissent triremes regias
 accedere, omnes uno impetu et confertim coeperunt irruere in naves.
 at Turci retinebant eos, et ut caeteris metum iniicerent, quosdam tru-
 cidarunt. Zaganus cum advenisset, urbem ingressus est; et rem publicam
 ordinans, regium praefectum urbi praefecit. uno itaque die duarum
 urbium potitus est. alteram foede diripuit, alteram in fidem sus-
 cepit; eiusque incolas muros, qui continentem spectant, diruere ius-
 sit. id autem ea gratia imperabatur, ne si naves ab Italia adveni-
 rent, ad defectionem propenderent; quam muri destructi vetabant.
 praeterea ut ea urbs, si denuo ingrueret bellum, regi advenienti
 pateret.

Graeci quotquot exitium evaserant, abducebantur Galatiam, et
 libertatem recipiebant. hi erant viri prae caeteris maxime illustres.
 Notaram regis Graecorum primum iudicem cum uxore et liberis
 redemit Turcorum rex; et cum eo collocutus, permisit ei ut ubi vel-
 let cum suis habitaret. hic autem expectabat auxilium ab Italia, quod
 brevi affuturum arbitrabatur. interim tamen Byzantii cum rege man-

συνελέγοντο αἰθῆς ἐς τὴν Βυζαντίου πόλιν, τοὺς τε προσή-
 κοντας αὐτῶν ἐλευθεροῦντες καὶ ἐπιτηδεῖους. καὶ οὐ πολλῶ
 ὕστερον ὑπὸ βασιλέως ἀπόλοντο. ἐγένετο δὲ ὧδε. ὡς ἀνη-
 γέθη ἐς βασιλέα παῖδα εἶναι τοῦ Νοταρᾶ νήπιον δωδεκαετῆ,
 ἔπεμψε τῶν οἰνοχόων αὐτοῦ ἓνα, αἰτούμενος τὸν παῖδα. ὁ 5
 Β δὲ ὡς ἐπύθετο τὰ παρὰ τοῦ οἰνοχόου, χαλεπῶς τε ἔφερε καὶ
 ἐποιεῖτο δεινόν, λέγων “ὦ οἰνοχόε, ταῦτα οὐκ ἀνασχετά ἐστι,
 βασιλέα ἀφαιρεῖσθαι τοὺς παῖδας ἡμῶν, οὐδὲν ἔχων ὃ τι ἂν
 ἡμῶν ἐν τῷ παρόντι ἐπιμέμψασθαι, ἐπεὶ τε συνέγνω ἡμῶν
 τὴν ἁμαρτίαν ἐξωνησάμενος. εἰ δὲ ταῦτα οὕτω ἡμᾶς ποιοίη, 10
 τί οὐ κελεύει ἡμᾶς αὐτοὺς κακίστῳ ὀλέθρῳ παραδοῦναι;”
 ταῦτά τε ἔλεγε, καὶ οὐκ ἔφη ἐκὼν εἶναι ποτε τὸν παῖδα ἀναί-
 τιος ὧν ἐκδώσειν. ἐπιπλήττοντι δὲ τῷ οἰνοχόῳ καὶ παραι-
 νοῦντι μῆτε λέγειν μῆτε ποιεῖν οὕτω ἐς βασιλέα, ὡς αὐτίκα
 C ἀπολούμενον, οὐκ ἔπειθεν. ἐπεὶ δὲ ὑποστρέφων ἀπήγγειλε 15
 τῷ βασιλεῖ τὰ παρὰ τῶν Ἑλλήνων, αὐτίκα ἐκέλευσεν αὐτὸν
 τε ἅμα καὶ τοὺς παῖδας, καὶ ὅσοι αὐτῷ συμπαρήσαν, ἀπα-
 γάγοντας κατασφάζει. οἱ μὲν οὖν ὡς ἀφίκοντο ἐς αὐτὸν οἱ
 ἐπὶ τοῦτο ταχθέντες, ἐδεῖτο αὐτῶν τοὺς παῖδας ἐναντίον αὐ-
 τοῦ ἀνελεῖν τὰ πρῶτα, μετὰ δὲ ταῦτα ἑαυτὸν καταχρήσασθαι. 20
 καὶ οἱ μὲν παῖδες αὐτοῦ καταδείσαντες τὸν θάνατον ἐδέοντο

sit. quidam Graeci qui erant libertatem consecuti et praesenti exilio
 subtracti, iterum colligebantur Byzantium, propinquos et amicos suos
 in libertatem antiquam asserentes. verum haud multo post regis iussu
 omnes interiere. quod quidem sic evenisse compertum est. ubi est
 rumore allatum ad regem Notarae esse filium natum annos circiter
 duodecim, unum de suis pincernis misit petitum puerum. Notaras
 postquam accepit ex pincerna regis voluntatem, graviter ira succensus
 est, sibique eam petitionem admodum periculosam et intolerandam
 fore indicabat. et sic compellavit pincernam regium “o pincerna,
 haud ferendum est regem mihi liberos velle eripere, cum nihil sit
 quod crimini det, cum semel errorem remiserit. sin id fixum ratum-
 que sedet in animo regis, quare non imperat ut nos turpissimae
 morti liberos nostros tradamus?” haec locutus addidit se nequaquam
 filium regi petenti daturum, cum nullam in ipsum commiserit cul-
 pam. pincernae autem obiurganti et monenti ne talia et diceret et
 faceret in regem, quasi illico periturus, non obtemperavit. pincerna
 igitur reversus ad regem responsum quod ab Notara acceperat ex-
 prompsit. rex iratus praecepit ut Notaram cum liberis, quos secum
 haberet, continuo abducerent et neci darent. hos, quibus id negotii
 iniunctum erat, cum advenissent, rogavit Notaras ut primo liberos in
 conspectu suo occiderent et postremo in se hostili ferro ruerent. at

τοῦ πατρὸς, καὶ ὅσα ἐνῆν σφίσι χρήματα ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, παραδόντας περιποιῆσαι σφᾶς ὥστε μὴ ἀποθανεῖν. ὁ δὲ οὐκ εἶα, ἀλλ' ἐκέλευε θαρροῦντας ἰέναι ἐπὶ τὸν θάνατον. καὶ τούτους μὲν πρῶτα ἀνεῖλον, μετὰ δὲ ἑαυτὸν παρείχετο δια-
 5 χρήσασθαι. ὡς δὲ τοῦτόν τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἀνεῖλεν ὁ βασιλεὺς, αὐτίκα ἐκέλευσε καὶ τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἄλλους, ὅσοι παρῆσαν ἐν Βυζαντίῳ ἐλευθερωμένοι, ἀπαγαγόντες καὶ τούτους ἀπέσφαξαν. καὶ οὕτω μὲν οὗτοι ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο. βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τοῦτον τὸν φόνον ἐλάσας, ἐνά-
 10 γων τῶν Ἑλλήνων τῶν ἐπιδήμων ἑνός, οὗ τὴν θυγατέρα βασιλεὺς συγγενόμενος ἦρα τε ἐπιμαινόμενος τῇ γυναικί, τοὺς τε προσήκοντας αὐτῇ ἐφιλοφρονεῖτο, ὑπὸ ἔρωτος ὡς μάλιστα φερόμενος. καὶ τοῦτω φασὶ πειθόμενον διαχρήσασθαι τοὺς
 Ἑλληνας. P. 214
 V. 167

15 Περὶ μὲν τοὺς τοῦ Βυζαντίου Ἑλληνας τοσαῦτα ἐγένετο, δοκεῖ δὲ ἢ ξυμφορὰ αὕτη μεγίστη τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην γενομένων ὑπερβαλέσθαι τῷ πάθει, καὶ τῇ τῶν Ἰλίου παραπλησίαν γεγονέναι, δίκην γενέσθαι τοῦ Ἰλίου ὑπὸ τῶν βαρβάρων τοῖς Ἑλλησι πασσοῦσι ἀπολουμένοις, καὶ οὕτω τοὺς
 20 Ῥωμαίους οἶεσθαι ξυμβῆναι, τὴν τίσιν ἀφῖχθαι τοῖς Ἑλλησι τῆς πάλαι ποτὲ γενομένης Ἰλίου ξυμφορᾶς.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐς τοσοῦτον ἐγένετο. Χαλίην δὲ ἐν-

filii timentes mortem, precibus fatigabant patrem ut interfectoribus opes universas quas in Italia haberet pernumeraret, ne ipsi perirentur. verum pater liberorum preces aversatus iussit ut forti animo ad imminentem mortem irent. hi quidem primo interfecti sunt. postea se necandum et ipse interfectoribus praebeuit. his ita peractis, nec reliquis Graecis pepercit rex, verum omnes, quotquot liberati aderant Byzantii, ad supplicium extremum rapi iussit. hi quidem pecorum modo percussi, nulla eorum ratione habita, periere. regem autem in Graecorum caedem concitavit advena quidam, cuius filiam ardentissimo amore prosequeretur rex; et congressus cum ea, amore amens, propinquis mulieris, quaecunque petiissent, gratificabatur. huius itaque patri obtemperans rex Graecos mactari iussit.

Apparet Byzantii exitium miserabile superasse omnia, quae per universum orbem contigisse scimus excidia. nec dissimile est Ilii excidio. ultionem Ilii diruti Byzantii calamitatem quidam credunt, Graecis barbarorum vi pereuntibus. Romani quidem constanter asseverant ultionem apprehendisse Graecos propter ea quae barbaris fecerunt in Ilii destructione.

Haec quidem hactenus. rex Chatitem Priami filium comprehendi

